tūc virtute cōsequētie inferri pōt ꝯsequēs sub illo mō quo sequit ex illo añcedente Et qz dꝰ ab eterno cognouit futura ꝯtingentia ex causis mutabilibus ꝛpendere. que pñt i causando multipliciter impediri. ideo cognouit talia ꝯtingēter esse vētura. quo antecedente sic modificato i esse posito. nō sequit q ꝯsequēs absolute necessario sit ventuꝝ. sed q necessario ꝯtingenter sit futurū. Unde nō plus virtute illius ꝯsequētie potest inferri nisi q Petrus saluabit eo modo quo ꝛus puidit seu p̄scuit eum esse saluandū. sed ꝛus preuidit petrū sua libera volūtate bene vti gratia sibi collata. et suis virtutibus ac meritoꝛijs actibus vitam eternā libere pmereri. sequit ergo conclusio que est ꝯsequēs ex supradicto añcedente. scz q Petrus saluabitur libere z ꝯtingēter. z sic nō perit consiliū ꝛ prudente. sicut dicit ipse sapiens. immo quantū possumus laboꝛare ꝛebemus vt saluemur. et consiliari ꝛ futuris contingentibus vt cōsequamur ea que nobis sunt proficua. z repellamus ea que nobis nociua esse vident. Ad secūdū dicendum q maioꝛ nō est vera nisi loquēdo ꝛ causa prima z pꝓportionata. dato em q causa vniuersalis z principalis sit necessaria. tamen si causa prima est ꝯtingēs effectus nō est necessarius sed contingēs. quia magis sequit effectus leges z ꝯditiones cause prime q̄z remote. q̄uis em motus celi et stellarū sit necessarius. tamē quia arboꝝ pullulationē causat mediāte virtute pullulatiua que est causa cōtingēs potēs impediri i sua causatōe. ideo pullulatio nō est effectus necessarius. qz sequit ꝯditionē cause ꝑticularis et prime. q̄ pōt impediri. Sil'r q̄uis ꝛus sit puꝝ necesse eē. tamē si i lapide causaret albedinez imediate sine oī alia causa efficienter cōcurrente. talis albedo seu ꝛalbatio nō eēt puruꝝ necesse esse. sed ens mutabile et ꝯtingēs. eo q ꝛus respectu nullius creature sit causa pꝓportionata. sed est causa excedēs z simpl'r supeminēs. Ad pbatōez dicēdū q phs ibi loquit ꝛ cā naturali z pꝓportiōata. z nō ꝛ cā supeminēti. sicut ē i ꝓposito

Ad 2

Ad 3 Ad tertiū dōm sicut ad pmū dictū est. qz oīa ea ꝛo pscitū ncce est eē venturū eo mō q

Ad 4 pscitū ea ꝛo eē ventuꝝ. sed nc. Ad q̄rtum dōm q ꝓpositōez eē verā pōt intelligi dupl'r Uno mō veritate ꝛeterminata. Alio mō ꝓpitate indeterminata. Tunc ad ꝯsequētiā dico q eo mō quo vera fuit illa ꝓpositio. petr⁹ pdestinatus saluabit. illo mō necesse ē petꝝ saluari. sed illa ꝓpositio anteq̄ petrus eēt beatus erat vera veritate indeterminata. qz ꝛ singularibꝫ z futuris ꝯtingētibus nō est ꝛetermiata veritas. vt dicit phs. i. peri hermenias. igit hui⁹ ꝯntia non plus sequit nisi q petr⁹ nccio saluabit ꝯtingēter vt ꝯtingētia ꝯntis coꝛrndeat in determinatōni ipsi⁹ añcedentis. Ad pmā pbatōz dico q eo mō q ꝓpositio ē vera illo mō ꝛ poni significatū ꝓpositōnis. puta si ē vera ꝛetermiate tūc significatū ꝛ poni ꝛetermiate. si ē vera indetermiate. sufficit poni significatū ꝯtingēter z indetermiate. sicut ēi ꝓposito. Ad scāz pbatōz dōm q ad oppositū illius ꝯntis nō sequit oppositū añtis. qz oppositū illi⁹ ꝯntis ē. petr⁹ nō saluabit nccio. Illa aut tē nō repugnat añcedēti. qz indetermiata ꝛitas ꝓpositōis ꝛ futuro potent bñ stare dato q suū significatū nō sit ncce eē. Ad q̄ntū dicēdū q posito q illa maioꝛ sit vera loq̄ndo ꝛ cā q ē cā natural' effectū suū ponēs i esse mere naturaliter. tñ nō ē vera loquēdo ꝛ cā voluntaria q effectū suū libere ponit i eē. sicut ē in ꝓposito. Ad sextū nego ꝯntiā. qz q̄uis aliq̄ effectus sint ꝯtingētes ex eo q alique cause eorū sunt mutabiles z impedibiles i causando. tñ q nosceret oīa q pñt impedire vel pmouere hmōi causas in taliū effectuū pductōne. ille cognosceret vltimatū exitū illi⁹ ꝯtingētie. z pꝯns sibi infallibiliter eēt notus numerus taliū effectuū. nō obstāte q nō essent necessarij. sed simpl'r contingētes. et sic est in ꝓposito.

Ad 5

Ad 6

Forte dicet q illa solutio non est ad ꝓpositum. qz pdestinatio que est causa salutis ipsius pdestinati. nō est cā impedibilis. cuz ipsa sit pꝛopositū ꝛi omipotētis. Rñdeo q q̄uis pncipalis causa humane salutis sit diuinū pꝛopositū. causa tamē ꝯcurrēs est homis libez arbitriū. quod est causa ꝯtingens et impedibilis respectu bonoꝝ opez quibus vitam eternā ꝛebemus pꝛomereri. Et qz effect⁹ magis noiat a ꝯditionib⁹ cause ꝓxime q̄z a ꝯditōib⁹ cause pncipal'. iō effect⁹ pdestinatiōis ꝛ dici ꝯtingēs z nō necessari⁹. Ad septimū pz ex pdictis. nō em aliter euenīt res q̄z puise sūt. Naz necessaria sunt puisa a ꝛo vt necessario eueniant. z contingētia vt contingēter eueniant. Ad octauū dicēdū q Anſel. met dat intellectū illius dicti dicēs. q vez est nccitate ꝯsequēte. nō aūt nccitate añcedente. Et appellat nccitatē añcedentē illaz q ex natura rei pꝛouenit. quā Boe. v. ꝛ ꝯsolatōe vocat nccitatē absolutaz. Necessitatē vero consequentē appellat illam que ex vi sermonis innascitur. quā Boet⁹ vocat nccitatē ꝯditionatā seu cō/

Instantia

Solutio.

Ad 7

Ad 8

UVA. BHSC. IyR_066

ditionalem. ⁊ hāc doctores moderni vocant necessitatē ꝓsequētie ⁊ nō ꝓsequētis. Ad p̄mū inductū p̄ erroꝛe Ciceronis nego minorē, quia q̄uis nullā habeant entitatē exp̄ssam ⁊ determinataz in se vel in suis p̄ncipijs seu causis p̄mis ⁊ mutabilibus. tamē supermanentē habēt entitatē in sua causa exemplari. Juxta quod dicit Joh. 1. Qđ factū ē i ipo vita erat. Et hoc sufficit ad habendā infallibilem noticiā seu scientiā futuroꝝ ei qui adequate comp̄hendit hmōi exemplar. s. ipsam diuinam essentiaz. que tanq̄ clarissimuz speculū intellectui diuino qui ipsam comp̄hendit omnimode et adequate omnia lucidissime rep̄sentat. Ad secundū nego minorē. q̄ illo modo iā dicto quo futuris contingētibꝫ competit entitas. eodez modo competit ipsis veritas summa. quia vt sic indistincta sūt ab eterna veritate que est ipse deus. Ad terciū dicēdum q̄ maioꝛ nō est vſq̄quaq̄ vera. Nam de generabilibus ⁊ coꝛruptibilibus est scia. in libꝛo de generatōe ⁊ coꝛruptōe. de ꝓtingentibus casualibus ⁊ foꝛtuitis est sciētia. in ij. phisicoꝛuz. Debet ergo intelligi illa necessitas seu impossibilitas aliter se habēdi nō sem p̄ q̄tum ad rem scitam. sed q̄tum ad necessariā ⁊ immutabilē rationē que circa hmōi rē poterit foꝛmari. Dato etiam q̄ maioꝛ esset vera de scientia nostra que dependet aliquo modo ab ipso scibili. tamen nō est vera de sciētia diuina que nullo modo dependet ab aliq̄ creatura. Est etiam dei scientia de ente maxime necessario ꝓsiderato obiecto suo p̄ncipali in quo omnia secūdaria obiecta p̄sentialiter deus intuet. Ad quartum dicenduz q̄ q̄uis de singularibus ⁊ futuris ꝓtingētibus non sit determinata veritas apud intellectuz nostrū. qui ex suo modo cognoscendi nō habet de talibus futuris euidentiā certaz donec sint p̄sentia p̄m suam p̄priam actualitatez. tamen talium futuroꝝ potest esse determinata veritas apud intellectū dei qui eque euidēter ⁊ clare videt omnia futura sicut videt ea cum actualiter sunt p̄sentia. Ad quintuz dicendū est sicut dictum est ad instantiā supius inductā contra primā solutionē. Ad sextum patet p̄ ea que dicta sunt ad quartuz. Ad primū adductum ꝓ erroꝛe stoicoꝝ dicēdū q̄ licet illa maioꝛ sit vera de scientia nostra cuius certitudo dependet a scibili. tamē nō ē vera de scientia dei que est penitus independens ab omni creatura. Posset etiaz dici posito q̄ sit vera de scibili quod est obiectū p̄ncipale illius sciētie. tamē nō est vera respectu cuiuslibet obiecti secūdarie cogniti in hmōi sciētia Et tūc nō plus habet ex virtute illius maioris q̄ꝫ q̄ scientia dei nō est magis immutabilis q̄ꝫ diuina essentia que est suuz obiectū p̄ncipale. potest tamē esse immutabilioꝛ oīmi creatura. cū nulla creatura sit obiectū p̄mariuz illius sed tm̄ modo secundariuz. Ad scd̄m nego minorē. Ad p̄bationē dicēdū q̄ diuine scientie nihil accrescit ex p̄ductione rerum in esse. Sicut em̄ nunc deus scit infinita que p̄ducere posset si vellet. quoꝝ tamen nullus p̄ducet. sic si nihil eoꝝ que sunt ⁊ fuerūt p̄duxisz. nec vnq̄ p̄ducturus esset. nihilminus cognosceret omnia ⁊ singula q̄ꝫ nunc cognoscat postq̄ꝫ ea p̄duxit. Ad terciuz dicendū q̄ vt patz ex dictis supius nō plus hic concludit nisi q̄ tale futurū nō potest nō contingenter euenire. ex quo deus ab eterno p̄scivit ipsuz contingēter esse futuꝝ. Propter qđ p̄ diuinam p̄scientiā nō tollit contingentia a rebus. sicut intendūt dicere stoici. sed magis confirmat.

Ad 1 Solo rō/nū ciceroꝛis

Ad 2

Ad 3

Ad 4

Ad 5

Ad 6

Solo rō/nū stoicoꝝ

Ad 1

Quantuz ad quar tum articulum. vtrum reꝓbatus possit saluari. Dico breuiter q̄ aliquo mō est possibile reꝓbatū nō damnari. ⁊ p̄ consequēs saluari. Quia illud quod nō est simpliciter necesse eē hoc possibile est nō esse. sed reꝓbatum damnari nō est simpliciter necesse eē. ergo cē. Maioꝛ patet. quia nō necesse esse ⁊ possibile nō esse conuertunt in secūdo oꝛdine modaliū. vt patet. ij. peri hermenias. Minoꝛ p̄ꝫ. q̄z si aliquis necessitate absoluta ⁊ ineuitabili damnaret. tunc eadē necessitate moꝛtaliꝫ peccaret. sed ꝓsequēs ē falsum. ꝓntia pz. q̄z infernali pena eterna nullꝰ damnat nisi p̄ peccō moꝛtali. falsitas etiā ꝓntis ē nota. q̄z si necessitate ineuitabili aliquis moꝛtaliter peccaret. tūc moꝛtale peccatū nō esset p̄cm̄. Nam p̄m btm̄ aug. in libꝛo enchyridion. peccatū tantū est peccatū quantū est voluntariū. ⁊ si nullo mō est voluntariū nullo mō est peccatū. Sz vbi est ineuitabilis necessitas ibi nihil videt cē ō volūtario. g̃ reꝓbatꝰ aliq̄ mō poterit saluari

Article 4

Ad p̄ncipale argumentum.

Ad argumētū p̄ncipale dōm q̄ cū p̄destinatio vel sit ipm̄ diuinū ꝓpositū. vel nccio includat diuinū ꝓpositū. qđ simpliciter immutabile. ideo p̄destinatus ad vitā eternā de potētia dei ordinata nunq̄ damnabiꝫ vltiate. Apparet igit q̄ argumentū nō ꝓcludit.

UVA. BHSC. IyR_066

Distinctio quadragesimaprima.

Jautē queri
mus ꝛc. Hic magister inquirit
de cā pdestinatōnis. puta vtruz
aliq aptitudo causalis ex pte pdestinati vel
reprobati fuerit quā aspiciēs deus hūc pdesti
nauit ꝛ illuz reprobauit. Et diuidit in duas
ptes. Quia primo inquirit an pdestinatio vl
reprobatio causet ex humano meritoz bonitate vel malicia. Secūdo incidēter qrit vtrū
diuina pscientia mutet ex creaturaz mutabilitate. ibi. Preterea ꝛsiderari oportet. Prima
i tres. Nā primo circa illā inquisitionē suam
intentionez exprimit. Secūdo a sua intētione
quandā opinionē excludit. Et tercio errorez
quorundā hereticoz infringit. Secūda ibi.
Opinati sunt ꝛc. Tercia ibi. Multi ꝥo ꝛc.
Istaz secūda diuidit in tres ptes. Nā illam
opinionē excludēdo primo magister ponit. q
ex pscientia meritorū electio dei nō prouenit.
Secūdo in ꝯtrariū obijcit. Et tercio obiecti
onē soluit. Secūda ibi. Dis tamē aduersari
Tercia ibi. Sed quid intelligere voluerit.

Sequit illa ps. Multi vero. Et diuidit
in duas ptes. Nā primo magister ꝯtra hereticā opinionē ostendit. q nec pdestinatio nec
reprobatio causant ex meritis de facto pcedē
tibus. Secūdo ostēdit q bonoz meritoz ad
pdestinationē. ꝛ maloz ad reprobationē non
est equalis respectus. Secūda ibi. Sed queri. Sequit illa pars. Preterea cōsiderari
oportet. Et diuidit in tres ptes. Quia primo
mouet questionē de sciētia ꝛ pscietia indistincte. Secūdo ñdet qstum ad illud quod petitur ex pte pscientie. Tercio qstum ad illud
qđ querit ex pte sciētie. Secūda ibi. De pscientia primū respondem⁹. Tercia ibi. De sciētia aūt dicimus ꝛc. Circa hanc distinctionem quero.

Trū reprobatō possit impediri pcibz
v sctoz. Et videt q sic. Qz illud qđ
ē p motiuū vni⁹ oppositoz. hꝫ ē impe
tiuuz alteri⁹. maxie si talia sint opposita ime
diata. sz pdestinato ꝛ reprobato sūt opposita i
mediata. qz sine oi medio oēs homines vl sūt pdestinati vel reprobati. ꝛ pdestinatio iuuat pcibus scōz. vt dicit. b. Aug. g reprobatio impedi
ri poterit pcibz sctoz. Cōtra. i inferno nulla est redeptio. vt legit Job. xv. sz reprobat⁹ ē
i infernū ordinat⁹. g ꝛc. Qz mgr i illa. xli.
di. inqrit de cā reprobatōis ꝛ pdestinatōnis.
iō primo videdū ē d cā reprobatōis Scdo d
cā pdestinatōis Tercio vtz pdestinatio u
uari possit pcibz sctoz. Quarto vtz repro
batio impediri possit pcibz sanctorū.

Quātuz ad primuz Articl⁹ 1
articulū de cā reprobatiōis videt cē dicēdū q
ipsi⁹ reprobatōis possum⁹ assignare cāz. Qz
ad pnā eternā nullus ordinat⁹ a iusto iudice
sine pcognitōne cause. sed reprobatus a deo q
est iustus iudex ē ad pnā eternaz deputatus
seu ordinatus. g ꝛc. Hec autē cā ex pte re
probatorū duplex pōt assignari. sm q reprobati ab hoc seculo decedētes in duplici statu
esse vident. Quidā em sunt in statu adulto
rū. quidā i statu puuloz Quātū ad adul
tos cā reprobatōis dici pōt malus vsus libe
ri arbitrij vsqz ad finē vite i ipsis duraturus
ab eterno a deo pscitus. Unde quia deus sciuit ab eterno talē hominē in fine vite sue abuti suo libero arbitrio. ideo a tali homīe influxui diuine gratie sua temeritate finaliter resistēte. deus ab eterno decreuit suā gratiā finaliter subtrahere. ꝛ a gloria eterne bītudinis tā
qz inhabilē reprobare. Quātū aūt ad paruulos absqz sacro baptismatis decedētes cā reprobatōnis dici pōt ineptitudo seu inhabilitas ad recipiendū influxū gre diuine ab eterno a deo pcognita. q ipsis puenit vel ex cā naturali. puta qz ex naturali sua complexione tam
cito moriunt q baptisari non possunt. vel ex
causa voluntaria volūtate tamē aliena. puta
quia nascunt vl nutriunt ab infidelibus qui
eos nolunt baptisare. Est em imaginādū
in isto ppōsito. q sicut sol radios vbiqz diffū
dit. et quantū in se est hmōi diffusione oīa
illumināt. si tamē aliqua huiusmodi diffusiū
radijs obicez ponūt. illa tenebrosa manebūt.
sic deus solem gratie spūalis quantū est ex pte sue bonitatis oriri facit sup bonos ꝛ malos.
quia quantū est ex parte sue bonitatis ipse neminē vult perire. sed magis vult omnes homines saluos fieri. et ad agnitionē veritatis venire. i. ad Thimoth. ij. Quia tamē ipse in aliquibz ab eterno preuidit obicē resistentē huiusmodi gre diffuse mō pdicto. iō tales modo quo dictuz est a deo dicūtur reprobati.

Et qz causa reprobatiōis ipsorū adultorū
reducit illo modo in actualez ꝛ ppriam culpam ipsorū. reprobatio aūt puuloz nō reducit in ipsorū ppriam culpam. ideo adulti re-

UVA. BHSC. IyR_066

ꝓbatis nō solum ꝑna damni. sed etiaꝫ ꝑna sensus ꝛc. ꝛ puideꝫ a iusto iudice. puul' autem tm̄ modo ꝑna damni que est carētia diuine visionis. Et hec ꝙtum ad p̄mū articulum sufficiāt.

Anicēs 2

Quantuꝫ ad secundū articulū q̄ sit cā p̄destinationis. ēaduerte/dū q; qꝛ oppositoꝫ oppositē sūt cause. p̄destinatio aūt ꝛ reprobatio aliquo mō sunt opposita ideo cāꝫ p̄destinationis assignare possumus ex oppositis causaꝫ p̄dictaꝫ ipsius reprobationis. Ut igit̄ singula singulis ꝓ oppositū valeāt respondere. dico saluo tm̄ semp̄ meliori iudicio. q; cā p̄destinatiōis ipsoꝫ adultoꝫ videt ee̅ bon⁹ vsus liberi arbitrij ab eterno a deo ꝓcognitus finaliter duraturus. quē bonū vsū finalem deus ab eterno ꝺtemplās ꝓposuit talibus hominibus hmōi vsū habituris sic dare gr̄am finaliter in p̄nti vt mediāte gr̄a in p̄nti pueniāt ad gl̄iam i futuro. Dixi autē notāter finalē seu finaliter. Qꝛ nihil obstat q̄n reprobatus quādoq; habeat bonū vsum liberi arbitrij in p̄nti. ꝓuidit tamen deus q; sua libertate abutēdo ab huiusmodi bono vsu finaliter se auertet. igit̄ nec gratiā finaliter habebit in p̄senti. nec gloriā in futuro. Quia sicut dicit textus veritatis. Qui ꝑseuerauerit vsq; in finē: hic saluus erit. Et ecōuerso p̄destinatus i p̄nti q̄nq; pōt habere malū vsum. sciuit tm̄ deus ab eterno q; i tali malo vsu finaliter nō manebit. ideo ꝓposuit deus ab eterno tali homi dare gr̄am finalē in p̄nti ꝛ gl̄iam i futuro. Iuxta illud Ezech. xviij. Si impi⁹egerit p̄niaꝫ ab omnibꝫ ꝑctis suis que operatus est ꝛ fecerit iusticiā vita viuet. oīm iniquitatū suaꝝ non recordabor. Causa autē p̄destinatiōis ipsoꝝ ꝓuloꝫ potest dici quedā aptitudo respectu baptismalis gr̄e quā deus ꝓuidens ab eterno ipsos p̄destinauit ad vitā eternā. ꝛ illa aptitudo ꝺuenit eis aliq̄ mō naturaliꝛ. puta qꝛ non sūt adeo infirme ꝺplexiōis q̄n tm̄ possint durare in p̄nti vita donec baptisent̄. Et aliquo mō volūtarie voluntate tm̄ aliena. puta q̄a tales sūt parētes vel nutritores qui eos baptisari nō prohibent. Sed his p̄dictis videtur obuiare positio magnoꝫ doctoꝫ loquētiū in illa materia. s. sācti Thome ꝛ venerabilis doctoris fratris Egidij. qui ambo ꝺcorditer dicūt. q; licet in generali possit assignari rō p̄destinatōis ꝛ reprobatōis. puta dō q; aliq̄ sūt p̄destinati: vt i ipsis reluceat misericordia ꝙ

Opi. tho. ⁊ Egidij.

tonitas diuina. Aliqui vero reprobati vt in ipsis reluceat iusticia diuina. quare autē in speciali illi sint p̄destinati ꝛ illi reprobati nulla causa est nisi volūtas diuina. Et hoc declarant primo exemplo naturali. Quia ꝙuis materia ꝑm se sit penitus vniformis in omnibus suis ptibus. tamē i principio productionis ptiū vniuersi aliqua ꝑs materie supposita est forme nobilioris. alia forme ignobilioris. Cuius si ratio petitur. ꝙuis i generali de hoc possit reddi ratio. dicēdo q; hoc ꝓ tanto factum est. quia sic exigebat diuersitas formaꝝ specificaꝝ rer̄ naturaliū. tamē nulla ratio i speciali potest assignari quare hec pars materie supposita sit huic forme. ꝛ illa illi quia hoc dependet ex simplici volūtate dei. Secundo declarāt hoc idē exemplo sumpto i artificialibus. Videmus. n. in arte edificatoria q; ratō habet hoc i vniuersali q; aliqs lapis ponit in vna parte edificij. et aliquis i alia. Sed datis pluribꝫ lapidibꝫ equalibꝫ nō pōt aliqua rō i speciali assignari. quare hic lapis ponat i hac parte edificij. ꝛ ille in alia. nisi sola volūtas artificis cui sic placet. Sic in ꝓposito. ergo ꝛc.

Nec tamē ex hoc ꝺuincit aliquam iniusticiam esse in deo seu apud deum. quia effectus predestinationis non redditur alicui ex debito: sed ex mera gratia. In gratuitis autem non attēditur ratio iusticie vl' iniusticie. sed potest qui dispensat dare plus et minus pro libito sue volūtatis absq; preiudicio cuiuscūq;. Iuxta quod ait paterfamilias Mat. xx. Amice nō facio tibi iniuriā. Et infra. Nō licet mihi quod ego volo facere? Pōt etiā argui p illa opinione sic. Nullū tempale potest ee̅ ratō eius quod est eternū. sed omne quod se tenet ex pte creature est tempale. p̄destinatio autē est eterna. ꝛ similiter reprobatio. ergo nihil se tenēs ex parte creature potest ee̅ causa p̄destinationis seu reprobationis P. illud quod est effectus p̄destinationis nō pōt ee̅ cā eius. sed bonus vsus liberi arbitrij est effectus p̄destinationis. ergo nō valet illud quod supius posuisti. Maior ꝑz. qꝛ idē nō potest ee̅ causa ꝛ effect⁹ respectu eiusdē. Minor etiā ꝑz. qꝛ oīne bonuꝫ qō se tenet ex pte p̄destinati videt ee̅ effect⁹ p̄destinatōis. P. si p̄destinatio haberet causaꝫ se tenentē ex parte p̄destinati. tūc gr̄a dei haberet cāꝫ ex pte p̄destinati. Falsitas p̄nt̄is patet. quia si gratia esset ex meritis. iaꝫ gratia nō eēt gratia. sicut ait apl's ad Roma. xi. P. apl's ad Roma. ix. loquēs de Esau ꝛ Jacob. ait. Cū nōdum nati eēnt. aut aliq̄d

Rō. 1.

2

3

4

UVA. BHSC. LyR_066

toni aut mali egissent. Sm electionē nō ex opi
bus dictū est. Jacob dilexi. esau aūt odio ha
bui. Et ibidē dicit. Cui⁹ vult miserē. ⁊ quē
vult indurat. Et ponit ap'lus ibidē exemplū
de figulo. qui de eadē massa facit vasa honor
Cōtra tho ⁊ ptumelie. put sibi placet. Dis nō obstā
mā ⁊ Egi. tibus potest argui ꝓtra ꝓmunē opinionē sic.
1 Si absq; causa se tenente ex parte hominuz
deus vnū ordinaret ad gloriā. ⁊ alium ad pe/
nam ab eterno. tūc deus esset acceptor ꝓsona/
rum. Falsitas ꝓsequētis patet Actuū. x. Cō/
sequētia ꝓbat. q; ille videt eē acceptor ꝓsona/
rum. q̄ duobus exītibus equalibus vni dat
2 quod alteri denegat. P. deus est diues i mi
sericordia Sm ap'lm. sed si reprobaret aliquez sine
causa. tunc in tali actu nihil misericordie appare/
3 ret. ergo ⁊c. P. ap'lus ad Romāos. viij. ait
Quos pscivit: hos pdestinavit. ergo pscientia
alicui⁹ se tenētis ex parte pdestinati videt fuisse
4 cā vel ratio pdestinatōis P. amb. i glo. ad
Ro. ix. sup illo verbo. miserebor cui miserebor
dicit. id ē misericordiaz illi dabo quē pscio tot cor
5 de reuersuz ad me. Itē. b. Augs. lxxxiij. qō
nū. q. lxviij. ait. Deus cui vult misereꝫ. ⁊ quē
vult indurat. p hoc tamē dei bonitas iniusta
ē non potest. venit em̄ de occultissimis meri
Instantia tis Forte diceꝫ q̄ Aug. aut sibi ꝓtradicerz.
vel oportet dicere q̄ illā auctoritatez p aliam
reuocauit. Nam Aug. in li. de pdestinatione
sic ait. Nō quia futuros nos ē tales pscivit:
ideo elegit. sed vt essemus tales p ipsaz electi
onē gratie sue qua gratificauit nos in dilecto
filio suo. Et i eodem li. ait. Taceat humana
lingua. nec psus in pdestinatione dō meritis
extollat. diuine em̄ volūtatis est hoc donuz.
Solutio. nō humane fragilitatis meritū Respōdeo
q̄ Augs. i prima auctoritate loquit de merito
large. quod dicit meritū aliquo mō dō ꝓgruo
In alijs aūt sequētib⁹ loquit de merito ppie
dicto. puta de condigno. Et ideo hic nec ē re/
6 uocatio nec ꝓtradictio: sed equiuocatio P
nō videt bñ dictuz q̄ p generali causa repro/
bationis assignāt isti doctores relucentiā di/
uine iusticie. quia nullus iustus iudex p se in
tendit iusticiam punitiuā. sed tm̄ ex suppos̄i
tione punibilis culpe. Sed deus nō potest eē
iniustus. ⁊ iusticia que relucet i reprobat⁹ seu
damnat⁹ est iusticia maxime punitiua ⁊ vin
dicatiua. ergo relucētiam talis iusticie nō po
test deus p se ⁊ finaliter i actu reprobatōis in
tēdere. sed pscias mali ⁊ demeritoriꝫ vsus libe
ri arbitrij ppter quā deus talem iusticiā decre
7 uit exercere. P. illud nō debet poni pcise p/

pter relucentiā diuine iusticie. sine quo diuina
iusticia sufficiēter pōt relucere. sed dato q̄ nul
lus eēt reprobatus adhuc i solis electis dei iu
sticia sufficiēter reluceret. iuxta illud ap'li. ij.
Thimo. iiij. De reliquo reposita ē mihi coro
na iusticie. quā reddet mihi i illū die iustus
iudex. q̄ ⁊c. P. si deus solū p libito volūta/ 8
tis aliquē reprobaret. tūc deus eēt crudelis et
iniustus. ꝓns ē impossibile. q̄ impossibile vi/
deri eē illud a quo dēs positū p istos doctores.
Cōsequētia pz. qz ois ille q̄ sine alia rōe q̄z so
lū ppter libitū volūtatis aliquā creaturaz ca
pace rōnis ⁊ expientie deputat ad eternam et
horribilissimā penā. ille vtiq; videt eē crude/
lis. ⁊ p ꝓns iniustus. Et p hoc etiā patz q̄ Rñsio ad
exempla nō sunt ad ppositū. Quia ptes ma exempla.
terie vel lapides nō hñt expientiam boni vel
mali. honoris vel ꝓtumelie. qualem experiē/
tiam constat hoies habere Et ideo licet illud
quod dictū est de lapidibus ⁊ de materia fieri
possit absq; iniuria ⁊ crudelitatis nota. absq;
tamē his fieri nō potest q̄ homo ordinet vel
deputet ad eternam penam. nō habēdo respe
ctum ad aliqua sua de meritis. sed solū attēdē/
do voluntatē ⁊ libitū deputātis. Illud etiaz
quod inducūt de patrefamilias. qui dedit p/
ut voluit. q̄z⁹ locum habeat loquēdo de p/
destinatis. tamē de reprobatis loquēdo peni/
tus nō habet locū. qz in gratuitis absq; preiu
dicio cuiuscūq; pōt dari ⁊ plus ⁊ minus pro
volūtate distribuētis. nō autē in inferēdis pe
nis. ergo ⁊c. Ad primā ergo rationē dicen Solutio
dum ad maiorē. q̄ q̄z⁹ tempale vt tempale rōnū.
est nō possit eē ratio eterni. tamen tempale vt Ad 1
eternaliter a deo conceptū seu prescitū. potest
esse ratio aliquo mō motiua quare de⁹ ab eter
no decreuit aliquid fieri in tempe. Ad secū Ad 2
dam dicendū q̄ bonus vsus liberi arbitrij po
test dupl'r intelligi. Uno modo vt est meritorius vite eterne de ꝓdigno vel etiam de ꝓgruo
ſm ppinquā dispositionē vl' motionē ad gra
tiam gratū facientē. de qua motione dicet in/
fra distinctōe. v. ⁊ xxviij. secūdi libri. Secū
do potest accipi bonus vsus liberi arbitrij pe
nes bonitatē morū. in quā bonitatē potest ho
mo ex puris naturalibus. De qua etiā boni/
tate scripserūt phi morales. Primo ergo mō
accipiēdo bonitatē vsus liberi arbitrij. tūc mi
nor est vera. Secundo mō accipiēdo hmōi
bonitatē minor nō est vera. quia nō oportet il
lam bonitatē reducere in supnaturale princi/
piū. sed sufficit ad eam ꝓsequendā bona ꝓpor
tudo homis pīsuppositā ꝓmuni ⁊ vniuersali

UVA. BHSC. IyR_066

dei influctia. Et de hac bonitate locut⁹ sũ supi
Ad 3 us. cõ argumẽtũ nõ ẽ ad ꝓpositũ. Ad terci
am dõm. q gra dei nõ põt hre cãm meritoriã
de digno. qz tũc gratia nõ eẽt gra. tñ gratia
põt habere cãm de digruo meritoriã. Et q̃uis
forte alicui illud videat abusiuũ. tñ de mũi
doctrina istoz doctoz necessario sequit. quia
ipsi dicũt q licet hõ ꝑ ns q̃ habeat caritatez t
grãz gratũ facientẽ nõ possit mereri vitã eter
nã de digno. põt tñ de digruo. Mõ ꝑm illos
cosdẽ doctores gl'ia vite eterne ẽ gra ꝯsummata
Ex quibus sequit q nõ habẽs gratiã põt me
reri de digruo gratiaz ꝯsummatã. t ꝑ ns cõ
uenienter t sine abusione dici põt q nõ habẽs
gratiã põt mereri de digruo gratiã inuriatã pu
ta gratiã venie de qua ꝓcedit ꝑdictũ argume
Ad 4 tũ. Ad quartã dicendũ. q q̃uis nõ ex opi
bus tũc factis dictũ fuerit a deo. Jacob dilexi
esau autẽ odio habui. tñ hoc dicere potuit de
us motiuũ aliquo mõ accipiẽdo ex opibus i
futurũ faciendis.

Articl's 3 **Quantuz ad terci** um articulũ. vtz ꝑdestinatio inuari possit pci
bus sanctorũ. est sciẽdũ q ꝑdestinatio potest
dupl'r accipi. Uno mõ ꝑm se. Alio mõ q̃tuz
Cõclo 1 ad suũ effectũ. Et ꝑm hoc ponã duas ꝯclusi/
ones. Prima est q ꝑdestinatio ꝑm se consi
derata nõ põt inuari pcibus sanctorũ. Quia
qõ est effectus ꝑdestinatiõis hoc nõ inuat ꝑ/
destinationẽ sumptã ꝑm se. sed ꝑces sanctorũ
q̃ fiũt ꝑ ꝑdestinatis sunt effectus ꝑdestinati/
onis. ordinaut eñ de hoc q tales sãcti ꝑ ta
Instantia 1 libus ꝑdestinatis debẽt depcari. g ꝛc. Fo
rte dicet q illud sit ꝺicta glo. sup illo ꝟbo Ben.
xxv. Deprecatus ẽ Isaac dñm ꝑ vxore sua. eo
q esset sterilis. Qui exaudiuit eum. deditq cõ
ceptuz Rebecce. Dicit eñ ibi glosa. In Isa/
2 ac facta est pmissio. sed sanctorum pcibus
adiuuanda est dei prefinitio. Ꝑ. illud qõ
causat a creatura. hoc potest inuari ꝑ crea/
turam. sed tu superius dixisti q ꝑdestinatio
Cõclo 2 habet cãm ex pte ꝑdestinati. ergo ꝛc. Sz
ꝑ solutiõe illarũ t similiũ obiectionũ pono
scõam ꝯclusionẽ. q ꝑdestinatio q̃tũ ad execu
tõem t suoz effectuũ i eẽ positiõem põt inua
ri pcibus sanctorum. Quia sicut deus i ꝓductiõe
rez naturaliũ sepe vnũ effectũ ponit in eẽ me/
diãte alio. sic in supnaturalibus q̃ vnũ effe
ctũ ordinat ꝑ executiõe alterius. Et sic oões
sanctorũ iuuãt ꝑdestinatõem q̃tũ ad executi
onẽ sui effectus. qz ad hoc hmõi oões deus
ordinauit. vt mediãtibus eis hi ꝑ quos oraꝺ
gratiã ꝯsequant in pñti et gloriã i futuro. Et
illa ẽ intẽtio bti Dyoni. iij. de diuis no. vbi p
plures silitudies hoc declarat. quas ad pns
cã breuitatis obmitto. Et ꝑ hoc pz ad pri Ad. 1. istã
mã instãtiã. qz glo. nõ loquit ibi de ꝑdestina tiam.
tione i se. sed i ordine ad executõem. Ad se Ad 2
cũdam dicẽdũ q nõ fuit intẽtõis mee dicere
q ꝑdestinatio ꝑm se t simpl'r habeat cãm i cre
atura. qz tũc diuinũ ꝓpositz seu diuia volũ
tas eẽt causata a creatura. sed tm volui et vo/
lo dicere. q aliqd se tenẽs ex pte creature: vt ẽ
a deo ab eterno pscitũ põt eẽ rõ quare diuinũ
ꝓpositũ seu diuia volũtas trãseat sup aliquo
hoie complacẽter. t taliter vt ad vitaz ꝑdesti
net eternã. t illud vt dictũ ẽ i sui executõe po/
test inuari pcibus sctoz. Juxta qõ ait. b. Au/
gu. in libro de bono pseuerãtie. Si nõdũ sũt
vocati ꝑ illis vt vocẽt ozem⁹. fortassis eñ sic
ꝑdestinati sũt vt nris oõibus ꝓcedant.

Articl's 4 **Quantuz ad quar** tũ articulũ. vtruz reprobatio impediri possit
pcibus sanctorũ. est aduertẽdũ q illearticul⁹
nõ immerito reddit dubius ꝓpter scripta ali
quoz sanctorũ. Legit eñ i li. dialogoz beati
Brego. q ꝑ oões scti Bregorij Traian⁹ im/
pator liberat⁹ fuerit ꝺ inferno ad agẽdã pniaz
Et de scta Otilia virgine. cui⁹ reliq̃e habent i
ptibus alemanie i dioceſi argẽtinẽſi. q tãdiu
legit. fleuit t oranit ꝑ aĩa patris sui ad dñm.
vsq̃quo deus aĩam illã de inferno liberauit.

Et forte ꝓpter hec et his silia oriũ habuit
error egyptiorũ dicentiũ. q tãte virtutis sunt
oratões sanctorũ q immutãt diuinũ ꝓpositũ
tũ intm q deus ꝓpter hmõi oratiões q̃nq̃z il/
lud dimittit qõ facere decreuit. Propter
hec igit ẽ aduertendũ. q sicut iudices huma
ni i suis iudicijs duplici vtunt sntia. quarũ ꝑ
ma dicit sntia interlocutoria. alia sntia diffini/
tiua. Prima sntia est mutabilis. qz sepius i iu
dicio accidit q ꝑ illa pte cadit sntia diffiniti/
ua ꝺicta quã pte añ ceciderat sntia interlocuto
ria. Alia aũt est simpl'r irrevocabilis et imu
tabilis añ iudicẽ qui tulit eã. Sic metapho
rice loquẽdo ille due sntie q̃nq̃z ꝓferunt a deo
Un cũ dñs dixit ad Jonã ꝓphetã. Adhuc
q̃draginta dies t Ninive subuertet. illa sntia
nõ fuit simpl'r diffinitiua. qz revocabil' erat.
Erat eñ quasi ꝺitiõalis. puta hac adiecta
ꝺitiõe. si ꝺuersi nõ fuerit de pctis. t qz cõdi
tionalis sntia nõ tenet nõ stãte ꝺitiõe. iõ Ni/

UVA. BHSC. IyR_066

niue nō fuit subuersa. quia habitatores eius egerunt pniam. Snīa ꝺo lata ꝯ puerꝝ ꝓ vita cui⁹ orauit Dauid. ij. Reg. xij. q̄si silis esse vi/ deꝝ aliquo mō snīe diffinitiue. qz dñs non ex audiuit ꝑces Dauid. Cū igit reprobatio videatur esse quasi quedā snīa rei dici pōt ꝙ tales q̄ ad ꝑces sctoꝝ sunt liberati. nō fuerūt vltimate ꝛ diffinitiue reprobati. sed q̄si ꝺditione alter ꝛ interlocutorie. Et ꝑm hoc circa illū articulū pñt poni due ꝺclusiones Prima ꝙ si sumit reprobatio ꝓ interlocutoria snīa. tūc impediri pōt. hoc est mutari pōt ꝑcibus sanctorū. Quia iudicis snīa nō excludēs oēm rationē et promotionē eius qui snīatus est nō est immutabilis. ꝛ ꝓsequēs impedibilis. vl' ꝓ via rationis. puta allegādo p cā melius q̄ hactenus fuit allegatū. vel ꝓ via supplicationis. puta ꝙ amici sui ꝑcibus placāt iudicē. Sed reprobatio illo ꝑmo mō sumpta est snīa nō excludēs oēm rationē ꝛ promotionē ipsius snīati. ergo rē. Secūda ꝺclusio esse pōt. ꝙ reprobatio secūdo mō accepta nequaq̄ ē impedibilis ꝙbuscūq̄ ꝑcibus. Quia qđ irreuocabiliter snīatū est a sapientissimo ꝛ omi potēte iudice. hoc ꝑcibus quibuscūq̄ immutari vel impediri nō pōt. sed secūdo mō accipiēdo reprobationē reprobatus ē irreuocabiliter puta diffinitiue snīatus a sapientissimo et oīpotēte iudice. ergo rē. Quia tñ ꝺmūiter loquimur de reprobatōe isto secōdo mō. idō absolute loquendo melius ꝺcit ꝙ reprobatio nō pōt impediri ꝑcibꝫ sctoꝝ. Ad argumētū ꝑncipale ꝺm ꝙ maior nō est vera. nisi loquēdo de oppositis. put hñt fieri circa idē subiectū singulare Ex hoc em ꝙ promouet calor i sorte. nō sequit ꝙ impediat frigus i Platone. et illud quod ē promotiuū caloris i sorte. nō oportet ꝙ sit impeditiuū frigiditatis i Platone. licet hñ sit ipeditiuū frigiditatis i sorte. Et qz ꝓdestinatio ꝛ reprobatio ꝓprie dicta nō hñt idē eē circa idē subiectū seu suppositū numero. ideo argumentū non ē ad ꝓpositū.

Lōcl⁹ 1

Lōcl⁹ 2

Ad argumētū ꝑncipale.

Distinctio quadragesimasecunda ꝛ quadragesimatercia.

Incdeomni potētia rei. Postq̄ mgr determinauit de rei scīa. hic icipit tractare de rei potētia. Et diuidit i tres ptes. Nā ꝑmo mānifestat potētiā rei ex opere entitate Secūdo ex opere q̄ntitate. Et tercio ex opere bonitate. Secōa incipit dist. xliij. ibi. Quidaz tñ de suo. Tercia distin. xliiij. ibi. Nūc illud restat. Prima i duas. Naz ꝑmo magister mouet hāc questionē. vtr deus dicat oīpotēs ꝓpter hoc q̄ oīa pōt. vel ꝓ tāto q̄ pōt oīa q̄ vult. ꝛ tenet ptē prīmā. Secōo obīcit ꝺcta cā. ibi. Sed queriť. Et hec i duas. Quia ꝑmo obīcit rōne. Secōo auctoritate. ibi Ex quibusdā tñ. Prima i duas Nā ꝑmo ponit hmōi obiectōes. Secōo addit vnū notabile ex quo pñt trahi multaꝝ obiectionū solutōes. ibi. Dic diligēter. Prima in tres. ꝑm ꝙ triplicē adducit obiectionē. quaꝝ cuilibet adiūgit solutōez Secōa ibi. Sed sunt alia quedā. Tercia ibi. Sūt alia. Sequit illa ps. Ex q̄busdaz tñ. Et diuidit i tres ptes. nā ꝑmo auctibꝫ arguit Secōo quō auctoritates sint intelligēde oñdit ꝛ exponit. Tercio ꝺcta hmōi expositionez obīcit ꝛ soluit. Secōa ibi. Sed ad hec. Tercia ibi. Sed forte dices. Sequit distinctio xliij. Quidā tñ de suo. Et ꝺtinuari pōt ad p̄cedētia sic. Postq̄ mgr ostēdit q̄d deus pōt referēdo rei potentiā ad opus quidditatē. hic mgr vult ostēdere ꝙ deus plura pōt facere q̄z facit referēdo rei potentiā ad opus multitudinē ꝛ quātitatē. Et ē intētio mgri refellere vnā falsam opinionē. q̄ ꝓsuit ꝙ deus nō pōt facere alia q̄z ea q̄ facit. Diuidit igit ista ps i tres ptes. Quia ꝑmo mgr recitat hmōi falsā opinionē. Secōo adiūgit istius opinionis argumentationē seu ꝓbationē. Et tercio ponit veritatis determinationē. Secūda ibi. Nō potest deus rē. Tercia ibi. Fateamur itaq̄ dēū. Secunda habet septē ptes. ꝑm ꝙ septē ꝑ ista opinione adducūť rationes. Secūda ibi. Ad dūt quoq̄. Tercia ibi. Adiciunt q̄q̄. Quarta ibi. Ipsi aūt addūt. Quinta ibi. Jrē aliud adiūgūt. Sexta ibi. His aūt rē. Septima ibi. Idē in libro ꝺfessionū. Quelibet istaꝝ ꝓtū septē diuidit i duas ptes ꝑm ꝙ mgr ꝑmo ponit istius opinionis rationē. Secūdo addit immediate suaz responsionē. Et ptes patēt. Circa istas duas distinctōes q̄ro hāc questionē.

Trū i deo sit potētia ꝓprie dicta Et videť ꝙ nō. Quia sicut se hz simplr simplex ad ꝺpositionē. sic se hz oīno pur⁹ actus ad potētiā. sed simplr simplex excludit oēz ꝺpositionē. g̃ de⁹ cū sit pur⁹ act⁹. vt ꝓz. xij. metaꝑh. excludit oēm potētiā. Lōtra. oīe qđ elicit aliquā opationē hoc pōt elicere eā. sed de⁹ intelligit ꝛ vult. vt ꝓz. x. ethi. ꝛ xij. metaꝑh. ꝛ generat ꝛ creat. vt ꝓz fide catholi/

v

UVA. BHSC. IyR_066

ra. ḡ potest intelligere velle generare ⁊ creare. Cū igit nō sit posse sine potētia ergo i deo p/ prie erit potētia. Hic ꝑmo videdū est vtr i deo sit potētia. Scdo vtr in deo sint plu res potētie. Et hoc q̄tū ad istā. xlij. distictōz

Tercio vtrū in deo sit potētia siue virtus infinita. Quarto vtr deus ad aliq̄ facien da sic obligeť ꝙ ō necitate iusticie teneať ea fa cere. Et hoc q̄tū ad distinctōem. xlij.

Articls 1

Quātuz ad primū

articulū. vtr i deo sit potētia. dico ꝙ duplex ē potētia. vt pz. v. meth. vna. s. actiua. ⁊ alia pas siua. Passiua nullo mō ē i deo. Primo qz

Cōclo 1 repugnat oīmode simplicitati. Scdo qz re/ pugt purissime actualitati. Tercio qz repugt pfecte libertati. Quarto qz repugnat clarissi/ me intellectualitati. Quīto qz repugnat oīmi no indepēdēt entitati. Sed de⁹ est oīno sim plex. pur⁹ act⁹. sūme libertatis. clarissime intel lectualitatis. ⁊ oīmode indepēdētis entitat vt pz. xij. meth. ḡ ⁊c. Sz potētia actiua p

Cōclo 2 1 fectissime repit i deo. Quia q̄nto i aliq̄ vnūť plures rōes factiue. tāto ipm ē potent⁹. Pro pter hoc em sol potētior ē oīmi corpe inferiori qz plures rōes factiue repiunť i sole. Sz fm ꝓmen. xij. meth. oīs forme ⁊ ꝓportōes q̄ in potētia sūt i ꝑma materia. sūt i actu in primo motore. Sūt etiā in eo sicut in arte summa. vt pz ibidē p eundē ꝓmē. ⁊ p ꝓsequēs sunt i

2 deo sicut rōes factiue. ḡ ⁊c. P. illud quod importat pfectionē simplr est deo attribuen/ dū. sed potētia actiua ē hmōi. qz vnūquodq; pfectius ē ex virtuali ꝓximitate qua pōt ad sui silitudinē alterū ꝓducere. qđ ꝑtinet rei cōue/

3 nit ex sua potētia actiua. P. quāto aliq̄d ē formalius tāto pstātior est i eo potētia acti/ ua. Vñ qz ignis ceteris elemētis ē formalior ideo ceteris est actiuior. Sed omnib⁹ entib⁹ deus ē formalior. Nā fm Dama. li. ij. ca. iij.

Instantia Omne quod ad deū ꝓpat respectu eius gros/ sum et materiale inuenit Sed forte dicet aliq̄s ꝙ talis potētia actiua quā ponis i deo. vl ēsp ꝓiūcta actui. vel nō est sp ꝓiūcta actui. Il la patet. qz in ꝓtradictorie oppositis nō ē da re mediuz. Sed nec sic nec sic. Quia si est sp cōiūcta actui. tūc creature fuissent ab eterno. Si nō. cū potentia pficiať p actū. diuina po

Solutio tētia eo tpe quo nō esset actui ꝓiūcta esset im/ pfecta. Respōdeo ꝙ diuia potentia sp est actui ꝓiūcta. cū idē sit realiter qđ actus suus. Ad pbationē dico ꝙ ex creaturaz emanatōe nō resultat i deo aliq̄s nou⁹ actus. nec ei⁹ po/ tentia ꝓiungiť alicui actui cui ab eterno non fuit ꝓiuncta. licet alicui respectui ratiōis ꝓiū gať cui añ nō fuit ꝓiūcta. fm ꝙ termiat dependentiam actualē creature quaz ab eterno non terminauit.

Articls 2

Quantuz ad secun

dum articulū. vtr i deo sint plures potētie. di cendū ꝙ vna ē potentia dei realr. Quia potē/ 1 tie sparse i agētib⁹ inferiorib⁹ sunt vnite i agē tib⁹ superiorib⁹. sed deus ē superior oīm. ḡ nulla poterit eē i deo realis potētie multitudo. ḡ ⁊c.

P. oīe qđ agit p multas ⁊tutes ē reduci 2 bile in agēs p vnā. Sed de⁹ cū sit agēs ꝑmū nō est reducibilis i aliud agens. Maior ptz p Dyo. xij. de di. no. vbi dicit. ꝙ oīs multitu do ptīcipat aliq̄liter vno. Et eadē sīnia ponit i ꝑma ꝓpositiōe ꝓcli. P. vbi potētia agen 3 tis est idē qđ essentia agentis. si ēntia ē vna. ⁊ potētia est vna. sed potēta dei est idē qđ ēn tia dei. ⁊ essentia sua est vna tm. igitur ⁊ po/ tētia sua est vna tm. P. i deo est vna magni 4 tudo. ḡ vna potētia. p̄tia patet. qz deus nō ē magnus mole sed virtute. et magnitudo ei⁹ idē est qđ virt⁹ eius siue potētia ei⁹. Añcedēs

Instantia ponit Aug. v. de tri. ca. viij. Sz forte dicet aliq̄s ꝙ deus vere intelligit aliq̄ q̄ tñ nō vult. ergo aliud est intelligere dei. ⁊ aliud velle dei/ ⁊ p ꝓsequens alia est potentia intellectiua. et alia volitiua. Añcedēs patet. qz deus intelli git omne flagitiū petōz. cū indecēt reputat eē cō sciius de crimine qđ punit ⁊ iudicat. Sed cō sequētia patet. qz de his q̄ sunt realiter idē nō

Solutio pnt extrema ꝓtradictōis sil verificari. Ad illud ptz solutio p dicta supius disti. vi. vbi tractaui de attributis. Est tñ aduertendū ꝙ quilibet catholicus habet ꝓcedere ꝙ extre/ ma ꝓtradictionis ad minus in diuis verificē tur de eadē re penitus indistincta ex natura rei sed tm modo variata fm modū significandi. seu etiā fm modū se habendi. Nā deus et dei/ tas dnt solū i mō significādi. ⁊ tñ ista ē vera deus generat. vt patuit supius. ⁊ illa est falsa deitas generat. vt pz ex determinatōe vl⁹ cō cilij. extra de summa trini. ⁊ fi. ca. Itē essen tia existens in patre. ⁊ eadē diuina essentia exi stens in filio nullo mō realiter nec formaliter ex natura rei differt a seipsa. ⁊ tamen eadē ēn tia vt est in patre nō est cōicata. ⁊ vt est in fi/ lio est cōicata. Ex q̄bus etiaz apparet ꝙ oīa argumenta fundata sup hmōi ꝓtradictioni/

UVA. BHSC. IyR_066

bus in diuinis modicū ꝯcludūt. quia nō magis ꝯtradicūt eē ꝯmunicabile ꝛ non eē ꝯmunicabile. ꝛ sic de aliis ꝯsimilib⁹. q̄z eē ꝯmunicatū ꝛ nō eē ꝯmunicatū. que tñ verificant de eadē diuina entia ꝓpter aliū ꝛ aliū modū se habēdi. qui tamē nullā varietatē nec distinctiōz ponit in entia. Qz si ille modus se habendi aliquā distinctionē intrinsece poneret ī entia. tūc pater ꝛ filius nō eent omino idē in essentia. nec p ꝯsequēs eent omino idē de⁹ formaliter ꝛ intrinsece. quod ē contra fidē catholicā. ꝛ expresse ꝯtra decretalē iam ꝓme allegatā

Articl's 3

Quantuz ad tercium articulū. vtz ī deo sit potētia siue virt⁹ infinita. dicendū q̄ deū esse infinite potētie nullus fidelis debet dubitare. sz nec apud aliq̄s cuiuscūqz secte vel nationis vertit in dubiuz deum esse infinite potētie i duratōne. cū talis potētia etiaz de multis alijs rebus nō neget. Utrū autē euidenter ꝛ phice ꝓbari possit deum esse infinite virtutis seu potētie in vigore. multi doctorū antiquorū ꝛ modernorū i dubiuz posuerūt. Determino tñ me ad ptē affirmatiuaz. vicz q̄ possit euidenter ꝛ phice ꝓbari. Quia oē finitū ꝓsupponit aliq̄d prius se a quo dependet i ratiōe mensurati vel mensurabilis. sed virtus siue potētia vigoris diuini nō ꝓsupponit aliq̄d prius se a quo dependeat cū sit omino ꝓma. Maior ptz. qz omne finitu ē certis limitib⁹ terminatū. ꝛ ꝓsequēs ab aliquo mensuratū. Esse em̄ immēsuz. ꝛ tñ eē terminatū ꝛ limitatū videnť repugnare.

Cōclio q̄ de⁹ sit infiniti vigoris.

1

2 P. deus nō est minoris vigoris ꝛ virtuositatis q̄z diligibilitatis. sed ipse est infinite diligibilitatis. cū ipse sit vltimus finis. de q̄ dicit. i. politicoz. q̄ finis est i infinitū diligibil'. ergo ipse ē infinite potētie ꝛ vigoris. P

3 phs. viij. phicoz ait. q̄ si virtus primi motoris eēt virtus i corpe. tūc moueret ipm̄ i instāti. Et pcedit illa ꝯsequētia ex his q̄ dixerat i sexto. puta q̄ ꝑm augmentū virtutis i motore diminuit tps quo motus mēsurať. ergo cū instās i infinitū sit breu⁹ quocūqz tpe. oportet q̄ virtus ꝓmi motoris sit i infinitū efficacioz virtute cuiuscūqz alterius motoris mouētis idē mobile in tpe. P. Auer. ꝯmentatoz ponit i primo mobili ꝓpter primū motorē: motorē appropriatū. qui immediate mouet hmōi mobile. qz vt ait si primus motor moueret tale mobile immediate. tūc moueret ipm̄ in instāti. ꝛ sic sequitur idem quod prius. P.

4

5

agēs siue motor suā actionē ꝓpria virtute in infinitū ꝓtinuās nō innixus alicui alteri necessario ē infinite virtutis intēsiue seu i vigore. deus est hmōi loquēdo phice ꝛ theologice. q̄ ꝛc. ꝓbo maiorē. qz minor est infinitas virtutis in sua actione ab altera dependēte. q̄z infinitas virtutis totaliter independētis ꝛ omino ꝓme. Cū igiť celū ꝛ quelibet intelligētia sint durationē infinita. ſq̄uis innitatur virtuti primi motoris tabipso necessario dependeant. igiť virtus ꝓmi motoris que i sua ꝓpetua actōe nulli penit⁹ innitit nō solū erit infinita duratiōe. sed etiā i vigore. ergo ꝛc. P. illa virtus ē infinita intēsiue ꝛ i vigore cui nulla pōt fieri additio etiā p intellectū. Sed virtus dei seu potētia est hmōi. Maior ptz. qz omi finito saltē p intellectū pōt fieri additio. Probo minorē. qz virtuti vlr pfecte in tota analogia entiū nō magis p intellectū pōt fieri additio virtutis siue pfectōis cuiuscūqz q̄z pfectissime virtuti determinati generis possit fieri additio ꝑm gradus illius generis. Sed virtuti calidissime in genere caloris nō pōt fieri additio cuiuscunq̄z grad⁹ caloris. qz si intellectus aliq̄d posset sibi addere. iā nō ꝯcipet ipm̄ vt calidissimū. ergo diuine virtutis vigori nulla penit⁹ pōt fieri additio pfectionis ꝯcepte vel cōceptibilis. cuz talis virtus sit vlr pfecta. ꝛ ꝑm totam analogiā entis simplr pfectissima. P. ma 7
teria ꝓma est successiue receptiua infinitaruz pfectionū. q̄ prim⁹ motor est actu infinite pfectōis. ꝛ p ꝯsequēs infinite virtutis i vigore. Añ cedēs patet etiā ꝑm phos. Sed ꝯtia est eui dēs ex dicto cōmētatoris. xij. metaph. vbi ait. Oēs forme q̄ sunt i potētia i ꝓma materia. sunt actu i ꝓmo motore. q̄ ꝛc. Multas rōnes diuersoz doctoz inueni p illa ꝯclusione quas tamē ad p̄sens dimitto. qz phice loquēdo a multis nō putarenť euidēter cōcludere eo q̄ ꝓsupponāt rerū creationē de nihilo vl'aliqua consimilia. Sed ꝯtra illā ꝯclusionez Cōtra cō
quidā arguūt sic. Si aliquis motor esset infinite potētie i vigore. tūc motus fieret i instanti. ꝯns est impossibile. quia i indiuisibili nō potest eē successio. Cōsequētia patz ex dictis. Tā cū ꝑm augmentū virtutis tēpus breuieť. et infinita virtus nullā ꝓportionē habeat ad virtutē finitā. eo q̄ in infinitū ipsaz excedat. si virtus finita mouet i tpe: infinita mouebit in instāti. P. si potētia infinita in vigore i 2
diuinis poneret. tunc aliquid frustra esset in deo. ꝯsequēs est falsuz. vt patet. i. celi ꝛ mūdi. Probať ꝯsequētia. qz illa potētia est frustra

UVA. BHSC. IyR_066

p quã agẽs nũq̃ potest exire i actum. sicut etiam vt ait ꝯmẽtator. frustra poneret intelligibile quod a nullo posset intelligi. Sed deus si hꝫ potentiã infiniti vigoris nũq̃ p hmõi potẽtiam posset exire i actum. qz si in actũ exiret. tunc infinitũ effectum pduceret. quod est
3 ipossibile. ergo ꝛc. P. fm phm. i. celi ꝛ mũdi. cuilibet potẽtie actiue coꝛrespõdet potẽtia passiua. Et ibidẽ ait ꝯmentatoꝛ. Frustra ẽ potẽtia actiua in natura cui nõ reſpõdet potentia passiua i natura. Sed impossibile ẽ dare potẽtiam passiuã infinitaz. qz illa vel esset in deo. vel i creatura. Nõ i deo. qz nulla potẽtia passiua est i eo. Nec in creatura. quia effectui
Cõtra ista Ratio repugnat infinitas. Sed illa nõ ꝯcludũt Quia illa potẽtia ẽ infinita que totuz vniuersum ꝛ ordinẽ partiũ vniuersi ꝯseruat i infinitum. potẽtia dei est hmõi fm phos quãtum ad omes ſpecies vniuersi quas ponũt in eternũ manere ꝛ a deo dependere. Vñ i de substãtia orbis ait ꝯmẽtator. q celuz nõ solũ q̃tum ad motũ. sed etiã q̃tũ ad substãtiã suã dependet a pmo motoꝛe. Maioꝛẽ pbo. Nã planũ est q maioꝛ requirit virtus i ꝯseruãte aliquã rem p mille annos q̃ p vnam horam. ꝛ sic de inceps fm multitudinẽ temporis semp augebitur virtus. igit ꝯseruãs p infinitã duratiõez
Solutio. Ad 1 necessario est infinite virtutis. Ad pmũ igit dicẽdũ q ꝯñtia nõ est vera. Nam motoꝛ agẽs libere p intellectuz ꝛ volũtatem. nõ agit fm totũ impetuz ſuꝛtutis sue. sed tãtũ agit quãtũ vult. ꝛ quãtũ p suam sapiam agenduz esse diſpoſuit. Sed deus nõ est agẽs ex necessitate nature. sed ex sui arbitrij libertate. ideo nõ oꝛtet q motus fiat i instanti. q̃uis deus sit
Instantia infinite virtutis. Sed forte dicetur. q̃uis agẽs libeꝛ nõ agat toto suo posse. tamẽ potest si vult agere toto suo posse. vel toto suo impetu. et sic nõ euadis quin sequat q motus possit fieri in instãti: si talis motoꝛ esset infinite
Solutio virtutis. Reſpõdeo q q̃uis ipse possit. tamen effectus nõ patitur. quia nõ est in natura potẽtia receptiua que actionẽ illam posset ſuſcipe. si talis motoꝛ ageret toto suo posse.

Etiam nõ habẽrẽ p inconuenies deum posse totũ celum reuoluere in instãti tempis nostri. cum ipse phus. viij. phiſicoꝛũ ponat. q ſi coꝛpus graue mouet in vacuo. tũc transiret i instãti. eo q in vacuo nulla sit reſiſtentia medij. Modo planũ est q virtus diuina cui nullum medium potest reſiſtere eque velociter posset mouere graue p plenũ. etiaz si medium esset ferreum. ſicut ipſum graue posset transire vacuũ. Etiã ipse deus posset totũ illud qđ replet celi conca uitatẽ annihilare. ꝛ vnuz coꝛpus graue iuxta celi circumferentiã creare. et hoc vtiq̃ fm ſniam Ariſtotelis moueret deoꝛsum. cum nullã penitus haberet reſiſtẽtiam in vnico inſtãti tempis nostri. Aduerten Nota duz tamẽ q illud inſtãs tempis nostri reſpõderet tali motui tã q̃ aliena menſura. Sicut em motui angeli a celo ad terrã deſcẽdẽtis coꝛreſpõdet vnicũ inſtãs tempis nostri nõ tã q̃ menſura ppria ſed aliena. quia p mẽſura ppria tali motui coꝛreſpõdet tẽpus compoſitũ ex inſtãtibus ſicut ille motus compoſitus est ex mutatis eẽ. Sic in ppoſito ſi deus faceret p ſui omnipotẽtiam motũ i inſtãti. inſtãs nõ mẽſuraret ppꝛie motũ illum. q̃uis talis motus nõ haberet maioꝛẽ duratiõz q̃ ſit duratio inſtãti tempis nostri. ſed ſicut talis motus nõ eẽt compoſitus ex ptibus diuiſibilibus. ſed tm modo ex mutatis eẽ. ſic huiuſmodi motui coꝛreſpõderet tẽpus compoſitũ ex
Ad 2 inſtãtibus quod eẽt ſua ppꝛia mẽſura. Ad ſecundũ nego ꝯſequẽtiam. Ad pbationẽ dicẽdum q illud ſoluz dicit fruſtra quod oꝛdinat ad aliquẽ finẽ quez tamẽ nullo mõ valet adipiſci. Sed potẽtia dei ad nullũ finẽ oꝛdinat extra ipm deuz. Unde dato q deus nũq̃ aliquam creaturã pduxiſſet. adhuc tamẽ ei⁹ potentia nõ eſſet fruſtra. ſicut nec fruſtra fuit ab eterno vſq̃ ad tempus creationis. licet nihil ad extra pduxerit. Cui⁹ tota ratio ex hoc ſufficiẽter ſumit. quia ipse ad nihil extra ſe tã q̃ ad finem oꝛdinat. ſed omnia oꝛdinant ad ipm tanq̃ ad vltimũ finẽ. vt patet circa finez
Ad 3 xij. metaphice. Ad terciũ dicendũ q tam ppoſitio Ariſtotelis q̃ ꝯmẽtatoris intelligẽda est de potẽtia actiua que est in natura naturata ſiue in his que agunt ex neceſſitate natura. nõ autez de potẽtia actiua que est in natura naturãte que deus est qui agit ad extra. nõ ex neceſſitate nature: ſz ex arbitrij libertate

Quantuz ad quar Articls 4

tum articulũ. vtruz deus ad aliqua facienda ſic obligeꝫ q de neceſſitate iuſticie teneatur ea facere. est diſtinguendũ de neceſſitate iuſticie. Nã quedã ẽ neceſſitas iuſticie coactiua qua aliquis vel iuſtũ facit vel iuſtũ patit inuitus ꝛ coacte. De quo dicit. p. ethicoꝛuz. Lex vero coactiuam habet potẽtiam fm mouẽs ab aliqua prudentia et intellectu. Et illo mõ deus nihil facit neceſſitate iuſticie. qz nullam legẽ

UVA. BHSC. IyR_066

nec legislatorē cogentē supra se habet Alia est necessitas immobilitatiua: q̄ ꝯmuniter dicit necitas imutabilitatis. puta si aliqs ita diligeret iusticiā. z intm̄ eēt inclinatus ad eius exercitiū q̄ nō posset resilire ab opib⁹ iusticie. Et illa necitas siue iusticie immutabilitas si deo attribuit hoc pōt eē dupl'r. Uno mō q̄ hm̄oi imutabilitas iusticie attribuat deo ꝓpter meritoꝝ nostroꝝ exigentiā. Et sic q̄uis dicatur q̄q̄ iust⁹. iuxta illud apli. ij. Thim. iiij. De reliquo ꝙ reposita ē mihi corona iusticie quā reddet mihi in illū die iust⁹ iudex. t̄n nra merita attendendo deus nihil opat ex necitate iusticie. Quia si seru⁹ nō pōt de necitate iusticie dn̄m suū ꝙstituere debitorē. multo minus creatura creatorē pōt facere debitorē. Qui. n. nō pōt sufficiēter soluere qđ tenet. ille nō pōt debitorē ꝙstituere eum cui tenet. Sed dns et parentibus nō possum⁹ equalēs reddere. vt ait Aris. viij. ethic. g̃ 2c. Et illud videt innuere saluator i euāg'. dicēs discipul'. Cū feceritis oia q̄ ꝓcepta sūt vobis. dicite. fecim⁹ qđ iussisti. sed serui inutiles sum⁹ Alio mō talis imutabilitas iusticie pōt intelligi deo ꝙuenire nō ꝓpter meritoꝝ nostroꝝ exigētiā sed ꝓpter sue diuine bonitatis ꝙdecētiā. Et illud adhuc dupl'r. Uno mō accipiēdo decētiam simpl'r z absolute. Alio modo accipiēdo decētiaz ꝓnūcin pnti rez ordine. Primo mō oia q̄ de⁹ facit opat ex necitate iusticie. q̄ nihil pōt deus facere qđ nō deceat suā bonitatē. Sz scdo mō de⁹ nihil facit ex necitate iusticie. qa ordinē totius vniuersi deus pōt ꝓ libito voluntatis immutare. et p ꝙns illud idē quod nūc ē indecēs mutato rez ordine fieret decēs. z econuerso. Propter qđ diuine bonitatis ꝙdecētia nullā necitatē iusticie hr̄e videt respectu ist⁹ ordinis quē videm⁹. nec respectu cuiuscūq; alt⁹ ordinis vniuersi. eo ꝙ quēlibet taliū ordinū deus mutare posset q̄ncūq; voluerit. Forte dicet. Omne qđ fit sine iusticia ab agente volūtario. hoc videt eē iniustū. sed de⁹ nō potest facere iniustū. q̄ tūc peccaret. ergo deus nihil pōt facere sine iusticia. z ꝓ ꝙns oīe quod facit ex necessitate iusticie facit. Respondeo ꝙ deus nūq; facit aliquid sine iusticia. q̄ nunq; facit aliquid sine decentia bonitatis sue. z sine rectitudine voluntatis sue. z ideo deus nunq; potest facere aliquid iniustum vel indecens. quia volūtas sua tribuit rebus decentiam z iusticiā. et ideo quicquid deus facit et vult. hoc est decēs z iustū. Propter quod ansel. ꝓslogion. q̄. ait ipsi deo. Illud solū iustuz est quod vis. iniustū quod nō vis.

Instantia

Solutio.

3 angel⁹ sit creata. Cōtra minorē sic. Causa differt realiter a causato. sed mēsura est causa mensurati. g̃ euū cū sit mēsura esse ipi⁹ angeli nō poterit esse idē qđ esse ipi⁹ angeli. Maior patet. qz nihil pt esse causa suiipsi⁹. Minorē pbo. qz certificatio cognitōis alic⁹ rei ꝑpe fit p causam. sz p mēsurā ꝑpaz certificamur potissime de ipo mēsurato. g̃ mēsura ē causa ipi⁹ 4 mēsurati. P. Cessa tota rōne. adhuc non seq̃t conclusio Nam fm te motus actio z passio sunt idē realiter. z solū differūt fm aliā z aliā habitudinē. z tñ sunt in diuīsis pdicamentis Nam mot⁹ est in pdicamēto rei ad quam est motus. z idē mot⁹ sb hac habitudine vt est ab agente est in pdicamēto actōis. vt aūt recipit in patiēte est in pdicamēto passiōis. Sic in ꝓpōsito dato ꝙ esse angelo⁹ sit in pdicamēto subē vt assumit in maiori. z ꝙ euū sit realiter idē qđ esse angelo⁹ vt dr in minori. ꝓpter tñ aliā z aliā habitudinē q̄s formaliter cōcernit esse vt esse est. z euū vt euū est. poterit esse 5 in diuīsis pdicamētis. P. tumet cedis ꝙ euū nō sit suba. g̃ erit accidēs. z p cōs ñ erit in pdicamēto subē. qz ait alphorabi⁹ in libro de ortu scīaz. Scias nihil esse ꝑter subam et accidens z creatorē subē z accidētis bn̄dictū Solutio. in secula. Ad pmū dicēdū ꝙ toto syllogis/ Ad.1. mo cessō. nō pl⁹ concludit nisi ꝙ euū nō sit directe in pdicamēto subē. eo ꝙ nō recipiat pdicatōem sbstantie. ex h̄ aūt inferre ꝙ nullo mō sit in pdicamēto subē. est nō solū fallacia cōsequntis. sed etiā fm qđ ad simpliciter. Unde sicut nō valet pūct⁹ nō est q̄ntitas. g̃ nō est in pdicamēto q̄ntitat⁹. sic in ꝓpōsito nō valz euū nō est substātia. g̃ nō est in pdicamēto sbstan/ Ad.2. tie. Ad scđm dicendū eodē mō. Uñ sciendū ꝙ aliq̄d pt esse in pdicamēto subē q̄nq; modis. Primo p se z directe. z de tali pdicat sbstātia q̄ est gen⁹ siue pdicamentuz. Secūdo mō sic essentiales ptes illi⁹ subē q̄ directe ē in pdicamēto subē. puta materia z forma sbstātialis. z de his nō pdicat suba q̄ est genus. sz suba q̄ est anologum. Tertio mō illud ꝑ qđ existit suba. puta ipm esse subē. de isto nec predicat suba q̄ est gen⁹. nec suba q̄ est anologū. sicut nec q̄ntitas de puncto. Quarto habitudo fundata sup subam rei ꝓpetue. sicut nunc eui. Quinto habitudo fundata sup eē hmōi subē. z h̄ mō ipm euū reducit ad pdicamētuz Ad.3. subē. Ad tertiū dicendū ꝙ causa et causatum q̄nq; sumūt penes rem. ita ꝙ res ē causa rei. aliq̄n penes habitudinē. ita ꝙ in eadez re vna habitudo est causa alteri⁹ habitudinis. Primo mō causa z causatū differūt realiter. Scđo mō nō oportet ꝙ differāt realiter. sed sufficit ꝙ differāt habitudinaliter seu modaliter. vel aliq̄ mō formaliter. Propter qđ licz actio z passio dicant eandē rem. in lib. tñ. vi. pncipioz passio dr effect⁹ illatioq; actionis rōne alteri⁹ et alterius habitudinis. sic in ꝓpōsito. cē. Ad quartū dicendū ꝙ nō ē sile de habitudinib⁹ fundatis in reb⁹ pdicamēti subē. z de habitudinib⁹ fundat⁹ in accidentibus. nam habitudo aduenies rei de pdicamēto accidentis pt eā reponere in alio pdicamento. cū sint pla pdicamenta accidētū. sz habitudo aduenies rei de pdicamēto subē nō pt eam reponere in alio pdicamēto. qz non pt eā reponere in aliq̄ pdicamēto accidentis. qz sicut habitudo aduenies accidenti nūq; reponit ipm in pdicamēto subē. sic nec econūso. nec pt eam reponere in alio pdicamēto sbstantie. cū sit solū vnū pdicamentuz subē. necessario g̃ relinq̄t eā in eodē pdicamēto. Ad q̄ntum dicendū sic ad pmū. Et ad dictū alphorabij dicendū ꝙ loq̄t ibi de reb⁹. non aūt de rez habitudinibus. De differētia aūt ipsi⁹ euī patebit in tertio articulo pncipali.

Ad.4

Ad.5.

De differētia euī.

Quantum ergo ad

Articulus secundus.

secundū articulū dicendū ꝙ dupliciter est tēp⁹. Est em vnū tpus mēsuras motū rez corpalium. et aliud mēsuras motus z opatōes rerū spūaliū. Et qz de isto scđo aliq̄liter tetigi supra in libro pmo. dist. xxxvij. io causa brevitatis ad pns solū dicaī de pmo. et circa hoc pona duas concl'ones. Prima est ꝙ tpus q̄tū ad suum esse materiale est ens naīale ab actu nīe rōis totaliter indepēdens. Scđa ꝙ quātū ad suū cē formale et cōpletivū ab actu rōis necessario dependet. Primū pbo sic Illud qđ est realiter idē ꝙ mot⁹ pmi mobil'. est ens naīale siue reale ab actu rōis penitus indepēdēs. sz tpus q̄tū ad suū esse materiale est realiter idē qđ mot⁹ pmi mobil'. vtz. iij. phicoz. vbi phus oñdit ꝙ tpus nihil aliud est nisi pus z posteri⁹ conceptū vel numeratuz in motu pmi mobil'. g̃ cē. Scđo dico ꝙ tpus q̄tū ad suū esse formale necessario dependet ab actu rōis. qz impossibile ē esse numerātū actualiter sine numerāte. sz tpus est mot⁹ numerat⁹ fm pus z posteri⁹. put iā dictū est.

Ja. multa narrat de pore. iij. q̄lz. q. xij.

Conclusio pma.

Ratio

Secunda conclusio.

1

P. fm beatū Aug. ij. confes. tpus est conceptō vel affectio animi. qua aīa concipit rē trāseuntē quia vt ait Aug⁹. ibidē. tpus non est aliquid

2

UVA. BHSC. IyR_066

extra aiaz rõne ꝑteriti. qz qđ ꝑterijt nõ est. nec rõne futuri. qz nondũ est. nec rõne ꝑnt̃s. quia ꝑñs siue instans nec ẽ tꝑus nec ꝑs tꝑis. si em̃ esset tꝑus ꝑsens tũc nũq̃z trãsiret z eẽt eterni/
5 tas. Ꝑ. ista videt esse intentio Aristo. iij. phĩcoꝝ. vbi sic ait. Et si sint tenebre z nihil p corꝑ patiamur. motꝰ aũt q̃dã in aĩa est. in q̃
4 ſbito simul videt fieri z tꝑus. Ꝑ. cõmentatoꝝ ibidẽ ait. Tolle aiaz. tollis z tꝑus. Ꝑ.
ſ Balienꝰ vt recitat cõmentatoꝝ. iij. phĩcoꝝ ait. q tꝑus nõ seq̃t motũ extra aiaz. ſz motuz
H. et. v. ymaginatũ i aĩa. Sz q̃dã doctores q̃uis
ꝑmã rõem ꝑmã ꝟcloem ꝟcedãt. fundamentũ tñ cui rõ
innitit negãt. qz vt dicũt tꝑus supr motũ celi addit rẽ absolutã. p quam realiter differt ab
ipõ motu. z istud vt dicũt probat phus. iij.
1 phĩcoꝝ dupl̃r. Primo qz oĩm tpaliuz est vnũ tꝑus. ſz nõ oĩm mobilũ est idẽ motus.
Scđo qz motus est velox vel tardꝰ. tꝑus ãt nõ est velox vel tardũ. qz velox et tardum
2 tꝑe diffinit. tꝑus aũt nõ diffinit tꝑe. Ꝑ. tẽ
poze Josue stetit sol z ꝑ ꝟñs alia corꝑa celestia stetert. alias corꝑa celestia nõ mãsissent in ea ꝓportione in q̃ fuerũt ante statoꝝ illam. et tñ tũc fuit tꝑus ſm btm̃ Augustinũ. ij. cõfeſ. vbi ait sic. Nemo mihi dicat motus celestiũ corꝑoꝝ esse tpa. qz cuiusdã voto dum p/
3 ageret bellũ sol stabat z tꝑus ibat. Ꝑ. si tẽ/
pus esset idẽ qđ motꝰ tunc vnũ z idẽ ydemtificaret habitui z ꝓpatõi sibi opposite. ꝟñs est impossibile. pbat ꝟña. qz q̃ rõne tꝑus eẽt idẽ qđ motꝰ eadẽ rõne esset idẽ qđ quies. Nã vt ptz. iij. phĩcoꝝ. sic tꝑus mẽsurat motum ita mẽsurat et quietẽ. q̃ motui opponit ꝓpatiue. g̃ q̃ rõne esset idẽ qđ motꝰ. eadẽ rõne essz idez
4 qđ quies. Ꝑ. tꝑus est p se q̃tum. cũ sit ſpecies quantitatiſ. ſz motꝰ nõ est p se quantus. Nam ſm ꝟmẽtatoꝝ. iij. phĩcoꝝ motus est. vel fluxus forme vel forma fluens. g̃ si est fluxus forme tũc erit in genere passionis. si autẽ est forma fluẽs tũc erit in eadẽ ſpecie cũ termino ad quẽ est motꝰ. z ꝟ ꝟñs motꝰ non est p se
ſ ꝟtinuus. Ꝑ. ista est intẽtio Auic. ꝓmo naturalũ. vbi ait. q ꝟtinuatio nõ accidit tpi. ſz est ꝛ intellectu ei⁹. z nõ a causa sibi extrinseca. ſz ex eo q tꝑus ꝟtinuitatem hz est ꝟtinuatio motus. Et ibidẽ ait Auic. q ꝟtinuitas motus accidit motui. qz nõ hz eã a se ſz a magni
6 tudine z tꝑe. Ꝑ. tꝑus est mẽsura motus. g̃ nõ poterit esse idẽ realiter qđ motꝰ. Añcedẽs ptz. pbat ꝟña. qz mẽsuratuz refert realiter ad mẽsurã. ſz ea q̃ realiter sũt idẽ. vnũ nõ ꝑt realiter refern ad altereã. cũ extrema realis relatio nis oportet esse realiter distincta. Contra scđam ꝟclusionẽ arguũt illi idẽ doctores sic. Quãdo ſbiectuz alicuius passionis est extra animam. siue in dependens ab anima. et ipa erit extra animaz. ſz motus celi cuiꝰ passio est tꝑus est in dependẽs ab aĩa. g̃ z c̃. Ꝑ. ꝟmẽtatoꝝ. iij. phĩcoꝝ ait. q dispositio rei naturalũ est vt habeãt esse sine aĩa. ſz tꝑus est res naturalis cũ sit mensura rei naturalis. puta motus.
Ꝑ. tꝑus fuit añq̃z esset aĩa. g̃ nõ dependet ab aĩa. ꝟña ptz. pbat antecedẽs. qz q̃nq̃z dies fuit creatũ celuz. z p ꝟñs mouebat añq̃z esset aĩa. cũ hõ fuerit creatꝰ sexta die. Ꝑ. illud qđ dependet ab aĩa hꝫ hz esse in aĩa. ſz tempus nõ hz esse in aĩa. qz aut hꝫ esse in aĩa ſbiectiue. z hꝫ nõ. qz q̃cq̃d est in aĩa ſbiectiue hꝫ est indiuisibile z totuz simul. qđ repugnat tpi. Aut obiectiue. z tũc aut responderet sibi aliq̃d in re extra. z sic haberẽt intentũ. puta q̃a tũc tꝑus erit res naturalis q̃tum ad suã entitatem independẽs ab aĩa. Aut nihil respondet ei in re extra. z tãc esset figmentũ sicẽ hyrcocer/
uus z chymera Ꝑ. ſm Aristo. iij. phĩcoꝝ tꝑus est longũ vel breue. ſz nulla animi conceptio est longa vel breuis. g̃ z c̃. Sed argumẽta ꝓdicta vt plurimũ ꝓcedũt ex eo q ñ bene ꝟsiderãt distinctio ꝟclusionũ ꝓdictaruz quas posuit ex ſnia doctoris nr̃i supr. iij. phĩcoꝝ. c. de tꝑe. quã ſniam ꝓdicti doctores ifringere nitebant. z istud in soluẽdo clarꝰ apparebit. Ad ꝓmũ g̃ dicendũ q vt ad ꝑñs loquor de tꝑe tunc tꝑus nõ est idẽ cũ quolibet: sed cũ ꝓmo motu q̃ est vnꝰ tm̃. ad quez oĩes alij motus reducũt. z ideo possumꝰ dicere q oĩm est vnꝰ motus ꝓmꝰ cũ q̃ tꝑus est idẽ realiter. q̃uis secũdarij multi sint motꝰ a quibꝫ tꝑus differt realiter. Ad aliã auctoritatẽ Aristo. dicendũ q tꝑus z motꝰ habitudinaliter siue formaliter differũt. ĩõ aliq̃ ꝓprietas potest cõpetere vni vt formaliter sumit̃ q̃ non cõpetit alteri. Ad scđm dicendũ q ex scriptura sacra nõ habemꝰ nisi q sol stetit. et ĩõ tempus fuit de motus ꝓmi mobilis nõ cessauit. cũ q̃ ponimꝰ tꝑus esse materialiter idem. Ad ꝓbatõem dicendũ q sicut illa quies solis fuit miraculosa z supnaturalis. sic ꝓporcio corꝑoꝝ celestium penes suos motꝰ fuit miraculose reformata. Ad tertiũ dicendũ q ydemptitas tꝑis cũ motu nõ sumit̃ ꝑcise ex hꝫ q tꝑus mẽsurat motũ. ymmo ex hꝫ aliq̃lis differentia ꝟcipit̃ iter tꝑs z motũ. ſz ex hꝫ ꝟuincit̃ q circũscꝑta numeratõe ipiꝰ aĩe q̃ anima ptes motꝰ numerat. z ex hꝫ tempꝰ formaliter ꝟstituit il/

Contra 1 cundã conclusionem 1

2

3

4

ſ

Lõtra .h. et .v.

Solutio rõnuz ꝓ/mã ꝟdoꝝ Ad .1.

Ad .2.

Ad .3.

UVA. BHSC. IyR_066

la inq̃z numeratõe circũscripta nihil ꝛ tẽpo/re relinquit nisi solus motus. Dato etiaz ꝙ hmõi idemtitas ex mẽsuratõe ꝓcederet. ñ tñ ꝓpter hꝫ tpus esset eadẽ rõne idẽ cũ quiete. qua est idem cũ motu .qz nõ equaliter mẽsurat vtrũqz. nam tpus est mẽsura motus ꝑ se quietis aũt ꝑ accidẽs Posset etiam dici ꝙ tpus nõ est idẽ motui cui⁹ oppositã quietem mẽsurat. qz cessante ꝓmo motu cessat etiaz tẽp⁹. ꝛ iõ tps nõ posset mẽsurare q̃etẽ oppositã
Ad.4 ꝓmo motu. Ad q̃rtũ dicendũ ꝙ tps nõ ẽ ꝯtinuũ nisi rõne mot⁹ vel inq̃ztũ est idez cũ motu. Nam ꝑm suũ esse formale tũc tpus cũ sit numer⁹ magis est q̃d diceretũ q̃z ꝯtinuum Propter qõ vt ait ꝓbs .vi. ꝓhicoz. mot⁹ habet ꝯtinuitatẽ a magnitudine. ꝛ tpus a motu Ad ꝓbatõem dicendũ ꝙ cõmentator non loq̃t ibi ꝛ motu locali ꝛ q̃ loq̃mur in ꝓposito.
Ad.5. Ad q̃ntum dicendũ ꝙ Auic. fuit forte illi⁹ opionis. sed Aristo. fuit oppositum opinio/
Ad.6. nis. vt iam patuit. Ad sextũ dicendum ꝙ q̃zuis necesse sit mẽsuratum realiter differre a mensura extrinseca. sic em̃ ꝛ⁹ est mẽsura omniũ creaturaz a q̃ etiã oĩes creature realiter differunt. nõ est tñ necessariũ mensuratũ realiter differre a sua mẽsura intrinseca. ad relationẽ em̃ mẽsurati ad suã mẽsurã intrinsecaz sufficit differentia formalis. q̃ nõ innascit ex diuersitate rez ſz habitudinũ. vtz ex ꝓcedẽtib⁹. cũ ḡ euũ sit mẽsura intrinseca ipsi⁹ esse rei eui terne. ꝛ tps mẽsura intrinseca mot⁹ ꝑmi mobilis. iõ nõ oportet euũ realiter differre ab eẽ rei euterne. nec tpus a ꝓmo motu. q̃zuis realiter differat tps a ceteris motib⁹ q̃z non est mẽsura intrinseca sed extrinseca. Uerũ est tñ ꝙ cuilibet motui ꝑter illud tpus cõe correspondet tpus ꝓprium q̃ mensurat intrinsece. vt
Solo rõ/nũ ꝓ scdaz questionẽ. patebit infer⁹ li. uij. dist. xlviij. Ad ꝓmuz ꝓ scdam ꝯclusionem dicẽdo ꝙ nõ nego tpus esse rem extra aiam. verũ est tñ ꝙ tpus ẽ passio
Ad.1. motus ꝑmi. nõ q̃modocũqz loq̃ndo ꝛ passione. sed large. put vna ꝛ eadẽ res ſb alia tñ habitudine sũpta ꝑt dici passio suiꝙ⁹.
Ad.2. Ad scdm dicendũ ꝙ dispositio rez naturalium q̃ simpliciter sunt naturales. nõ solũ q̃ztũ ad suũ esse fundamẽtale. ſz etiã q̃ztum ad suũ esse cõpletiuũ seu formale. taliũ inq̃z rerũ dispositio ẽ ꝙ possint esse sine aĩa. sic aũt tpus nõ est res naturalis. cũ in suo esse formali ꝯcernat numeratõem q̃ sine aĩa fieri nõ ꝑt. Ad tertiũ di-
Ad.3. cendũ ꝙ dato ꝙ mot⁹ fuerit anteq̃z esset aĩa. potuit tñ eque bñ numerari talis mot⁹ ab intellectu angelico vel diuino. sic ẽ nũc numerat ab intellectu humano. Dato etiã ꝙ ꝓtunc nullus intellectus numerasset motũ ꝓdictũ. tũc dicerẽ ꝙ tpus ꝓtũc nõ fuit formaliter. q̃zuis fuerit ꝑm suũ esse fundamẽtale siue materiale. Ad quartũ dicendũ ꝙ tps habet esse Ad.4.
in aĩa obiectiue ꝛ sibi correspondet in re extra ꝓus ꝛ poster⁹ numerata in motu ꝓmi mobilis. ex hoc tñ nõ habeẽ q̃n tps ꝛpendeat ab aĩa. multa em̃ inueniunt q̃ obiectiue sunt in intellectu ꝛ sbiectiue in re extra. q̃ tñ ꝛpendẽt ab aĩa q̃ztuz ad suũ esse. sicut apparet ꝛ oĩb⁹ artificialib⁹. Ad q̃ntum dicendũ ꝙ q̃zuis Ad.5.
animi ꝯceptio nõ sit longa vel breuis sbiectiue. ꝓt tñ esse longa vel breuis obiectiue. ꝓut anima ꝯcipit rem longã vel breuẽ.

Quantuz ad terciũ articulũ ponam tres ꝯclusiones. Articulus tertius.

Prima est ꝙ euũ realiter differt ab eternitate Secũda ꝙ realiter differt a suo ꝓpo nũc Tercia ꝙ differt realiter a tpe. Primo dico ꝙ euũ differt realiter ab eternitate. qz variabile et inuariabile differũt realiter. ſz euũ est mensura variabil'. eternitas inuariabil'. Maior ꝓtz. ꝓbatur minor. primo q̃ ad ꝓmã ꝓtem. qz oĩe adnihilabile est variabile. ſz euum cuz sit idem qõ esse angelor. vt patuit in ꝓcedentibus. est adnihilabile. oĩs em̃ creatura est adnihilabilis. Scõa ꝓps minoris. ſ. ꝙ eternitas sit inuariabil' patz ꝑ Dyo. ꝛ. ꝛ di. no. Et ꝓbat rõne. qz mẽsura intrinseca rei simplici/ter inuariabil' est simpl'r inuariabil'. sed eternitas est mẽsura intrinseca ipsius esse diuini qõ simpl'r est inuariabile. q̃ ꝛc. Conclusio ꝓma. 2
Ꝑ. mẽsura realiter differens a suo nunc. realiter differt a mẽsura q̃ realiter est idem cũ suo nũc. sed euũ realiter differt a suo nũc. vt ꝓbabo ī ꝯclusiõe secũda. et eternitas est realiter idẽ cũ suo nũc. qz sicut se hz mensuratũ ad mẽsuratum. sic se hz mẽsura ad mẽsurã. ſz esse rei cui⁹ ꝓpria mensura est eternitas. et essentia rei siue substantia rei cui⁹ ꝓpa mẽsura est nũc eternitatis sũt idẽ oio realiter. q̃ ꝛc. Sz forteh instabit aliq̃s ꝑ auctorem ꝛ causis q̃ ait. ꝙ intelligentia parificat eternitati. cũ q̃euũ sit mẽsura intelligẽtie. q̃ euũ nõ videtur ab eternitate differre. Rñdeo ꝙ euũ dr a vita. Nam ꝑm btm̃ Aug. sup Ben. ꝓma mulier vocata fuit vita. eo ꝙ esset mr̃ oĩm viuentiũ. nr̃a autẽ lra hz eua. Ex q̃ apparet ꝙ euũ vel eua idem est qõ vita. Et qz ꝑm ꝓclũ eternitas est mensura vite. iõ q̃ñqz vnũ istoz accipit ꝑ altero. puta Instantia Solutio.

UVA. BHSC. IyR_066

eternū ꝑ cuo. et econuerso. ꝓpoꝛie tamē loquendo euū non dꝛ eternitas simplr. sz eternitas pticipata. et de illa loquit auctor de causis in pdicta ꝓpositione.

Secunda conclusio. 1

Secūdo dico ꝙ euū et nūc eui differunt realiter. Nam nō minoꝛ est differentia mensure ad mensuram q̄z sit mensurati ad mensuratū. ⁊ hꝫ nullū hz dubium loquēdo de ꝑpa mensura ⁊ intrinseca. Sz esse angeli cuiꝰ ꝑpa ⁊ intrinseca mensura est ipm euū. ⁊ sba angeli cuiꝰ ꝑpa mēsura est nunc eui differunt realiter. ergo et euum ⁊ nunc eui differūt realiter.

2 ꝓ. sic se hz nūc tpis ad tps. sic se hz nūc eui ad euū. sed nunc tpis differt realiter a tpe. nam illa que sūt idē realiter differentibꝫ in rebꝫ creatis. oportet ꝙ inter se differant realiter. sed tempus est idez realiter quod ꝑmus motus. et nunc tpis est idem realiter qđ substantia ꝑmi mobilis. vt declarat frater Egidius doctoꝛ noster in scripto sup. uij. phicoꝝ. ⁊ in questionibꝫ de mensura angeloꝝ. ⁊ in multis alijs locis. Cum ġ ꝑmus motus differat realiter a ꝑmo mobili. sequitur ꝙ tpus realiter differat a nūc tēporis. ergo ⁊c.

Bot. ꝑmo suo q̄libet q. vij. et. ij. q̄lz. q. vij. ꝙ Egidiū.

Sed contra istud cum dicitur in ꝓbatōe ꝙ nūc tpis sit realiter idē quod substantia ꝑmi mobilis. arguit quidā doctor sic. Sicut se habet pūctus ad lineā. sic se habet nūc ad tpus. sed punctus non potest esse

1 idem realiter cū sbiecto linee. ġ nec nūc poterit esse idem cū mobili qđ est subiectū motꝰ. et ꝑ ꝯns sbiectū tpis. cū tpus ꝑm te sit idem

2 qđ motus. ꝓ. ex dictis eiꝰ potest argui sic Illa que sic se habent ꝙ vnum potest manere realiter altero non manente. illa non sunt idē realiter. sed mobile ꝑmū potest manere. nō manente nūc tpis. qz nunc tēpis nō potest eē sine tpe. nec ꝑ ꝯns sine motu. sed mobile ꝑmū ꝑt esse ⁊ q̄ q̄z erit sine motu. ⁊ ꝑ ꝯns sine

3 nūc ⁊ sine tēpe. ꝓ. sicut se habz tempꝰ ad motum ⁊ mediante motu ad mobile. sic se hz nūc tpis ad mutatū esse. ⁊ mediante mutato esse ad mobile. sed sic se hz tpus ad motum ⁊ mobile. ꝙ q̄zuis aliquo modo possit concedi ꝙ tpus sit idē qđ motus. nullo tamen modo cōceditur ꝙ sit idem qđ mobile. ergo sic se habebit nunc ad mutatū esse ⁊ ad mobile. ꝙ q̄zuis possit concedi aliquo modo ꝙ sit idez qđ mutatū esse nō tamen potest ꝓcedi ꝙ sit idez

4 qđ ipm mobile. ꝓ. quanto aliqua ꝓtinua q̄ntitas minus imediate ineſt sbstantie. tanto minꝰ ꝑt dici ꝙ terminꝰ cōis ad quem ptes eiꝰ copulantur sit sba. sed imediatiꝰ ineſt sbe supficies vel alia q̄ntitas ꝑmanens q̄z tpus. ġ euz nulliꝰ q̄ntitatis ꝑmanentis ꝓtinuatio sic fiat ꝙ ptes eiꝰ ad sbam tā q̄z ad terminū cōmunē copulent. ġ nec nūc tpis ad qđ partes tpis. vt ad terminū cōem copulant poterit eē sba ꝑmi mobilis.

Solutio Ad. 1.

Ad ꝑmum dicendū ꝙ similitudo nō currit q̄tū ad oia alias nō esz similitudo sed esset ydemtitas. vnde sufficit ꝙ in hoc sit simile ꝙ sicut ptes linee ꝓtinuāt in puncto q̄zuis punctus nō sit linea nec ps linee. sic ptes tpis ꝓtinuant in ipo nunc q̄zuis nūc nec sit tpus nec ps tpis.

Ad. 2.

Ad scdm dicendū ꝙ nunc est idē qđ sba ꝑmi mobilis nō quomodocūq̄z sumpta. sed vt fluens est ⁊ vt subiacet motui. et isto mō nō manet sba ꝑmi mobilis nō manente nūc tpis.

Ad. 3.

Ad tertiuz dicendū ꝙ q̄zuis similitudo que ptenditur i maioꝛi teneatūr aliquo. in multis tn̄ deficit. vnde suo modo maioꝛ est similitudo inter tēpus ⁊ motū. q̄z inter nūc ⁊ mutatuz esse. quia tam tpus q̄z motus est q̄d successiuū ꝑm rem ⁊ ꝑm rōnem. sed nunc est quid ꝑmanēs idē ꝑm rem in toto tpe. q̄zuis mutet ꝑm rationez. vt patet. uij. phicoꝝ. sed mutatū esse nō ꝑmanet nec re nec ratione. ġ ⁊c.

Ad. 4.

Ad quartuz dicendū ꝙ maioꝛ ꝑt negari si vna illaꝝ q̄ntitatū est successiua. qz cōtinuatim q̄ntitatis successiue non oporteret esse in eodē genere cū ipa. qz oporteret ꝙ tale ꝓtinuatim sit aliq̄d ꝑmanēs alias esset ꝓcessus in infinitum. sz ꝓtinuatim q̄ntitatis ꝑmanentis est in eodē genere cum tali q̄ntitate. ideo magis possibile est ꝓtinuatiuū q̄ntitatis successiue esse sbstantiā q̄z continuatiuū q̄ntitatis ꝑmanētis. q̄zuis imediatius q̄ntitas ꝑmanens sbiectiue fundetur in sbstantia q̄z q̄ntitas successiua.

Durandꝰ.

Etiam cōtra istam sc̄dam ꝯclusionē arguit quidaz doctoꝛ sic. In duratōne indiuisibili q̄ nec habet extensionē nec successionē non potest nūc differre ab hmōi duratōe. qz duratio ⁊ nunc nō differūt nisi sicut extensum ⁊ indiuisibile. sed euum est hmōi. ġ ⁊c. Rn̄deo ꝙ licet duo i diuisibilia simul existentia in eodē subiecto seu fundamento differre nō possint. tn̄ si fundant in diuersis realiter differre possunt. sed vt iam patuit euū fundat in ipo esse angelico tā q̄z sua intrinseca mensura. et nūc eui i essentia ipsiꝰ angeli. q̄ quidē esse ⁊ essentia realiter differūt. ideo maioꝛ illiꝰ rōnis assumit falsuz

Tertia cōclusio 1

Tertio dico ꝙ euū realiter differt a tempe. qz ille mensure differūt realiter. quaꝝ mensurata differunt realiter. sed motus et esse angeli quoꝝ mensure sunt tempus et euū differunt realiter. ergo ⁊c. ꝓ. mensura simul to/ 2

UVA. BHSC. IyR_066

ta differt a successiua. sed euum est mensura simul tota vel saltem nō successiua. temp⁹ autem est mensura essentialiter successiua. ḡ ꝛc. Maior patet. minorem autē in virtute ponit Dyo. p. de di. no. dicens. Magis proprie existentia mensurantur euo. et ea que sunt in generatione tempore. 3 P. mensura tota existens in suo nunc. differt ab ea realiter q̄ nec ipsa nec aliqua sua pars existit in suo nūc. sed euum cū sit simul totū ſm sanctos doctores existit totum in suo nunc. sed nec tempus nec aliqua pars temporis existit in suo nunc cuiquelibet pars tēporis sit diuisibilis. ergo ꝛc. 4 P. ij. confes. ait Augustin⁹. Si ipsens tēpus semper esset presens. non esset tempus sz eternitas. cum ergo euum semper sit presens. Instantia sequitur q̄ non sit tempus. Sed forte dicetur q̄ duratio angeli cum sit duratio entis creati. non pt esse tota simul. ꝛ per consequēs erit successiua. et non differt a tempe. Solutio. Respondeo q̄ esse euiternorum quod mensuratur euo non est successiuum sed totum simul q̄uis non eque perfecte sicut ipsum esse diuinum. et ideo euum mensurans esse angelorū et duratōnem eorum dici potest eternitas. quia euum grece eternitas dicitur latine. est tamen eternitas participata. sola enim eternitas dei est eternitas simpliciter. sicut et eē dei quod mensurat est esse simpliciter. ergo ꝛc.

Articulus quart⁹.

Quantum ad quartum principale q̄uis multa essent dicenda. tamen ratione breuitatis ad hoc me determino q̄ non sit vnum euum omnium euiternorum. quia si esset vnum euuz mensurans omnia euiterna. aut istud euum poneretur in altiori euiterno ſm gratiam. et tunc cuz hoc sit anima christi. sequeretur q̄ anima xp̄i esset creata q̄ euiterna caruisset mēsura. aut in altiori euiterno ſm naturam. et tunc in lucifero esset mensura omnū beatorum. quod nullatenus esset consonum veritati. Thomas pte prima q. xij. arti. 6 1 Sz contra istud arguit doctor cōmunis sic. Si essent plura eua. aut essent simul. aut vnum post aliud. Si primo modo tūc essent in eodem nunc. et per consequens illa plura eua essent vnum euum. Si secundo modo tunc vnum eorū non esset perpetuum. et per conse- 2 quens non esset euum. P. si non esset vnū euum in vno nobilissimo euiterno qō essz mēsura omnū euiternorū. hoc maxime essz pro tanto quia omni euiterno deus potest nobilius euiternū producere. sed hoc non obstat. quia consimiliter deus potest vnum nobilius corpus mobile producere q̄z sit p̄mū mobile. et tm̄ tēpus fundatū in motu istius p̄mi mobilis vnū existens est mensura omnū tēporaliū. ergo a simili. ꝛc. Alij ad id P. arguūt quidam alij sic. Illud quod in essentialiter ordinatis est notius omnibus ceteris hoc est mensura omnium ceterorū. sed supremus angelus est notior omnibus euiternis. Maior patet. quia mensura debet esse notior mensuratis. Minor etiam patet. quia in intellectuali natura illud quod est perfectius est simpliciter notius. P. sicut se habet perfectissimus color ad ceteros colores. sic se habet perfectissimū euiternum ad omnia euiterna. sed albus color siue albedo propter sui perfectionem est mensura omnū colorum. vt patet. p. metaphisice. ergo vnum euiternū puta p̄mū propter sui perfectōnem erit mensura omnium euiternorum. P. quanto aliqua sunt magis ordinata tanto magis reducūtur ad vnam mensuram. sed euiterna non sunt minus ordinata q̄z temporalia. ergo omnū euiternorum mensura erit vnū euū. sicut omnium temporaliū vnū tps. P. illud quod per superabundantiā dicitur vni soli conuenit. mensura est hmōi. quia dicitur. p. metḣ. q̄ vnūquodq̄z mensuratur minimo sui generis. ergo in oī genere erit vna tm̄ mensura et per cōsequēs in genere euiternorum erit vnuz tm̄ euū. Sed ista nō videntur concludere. nam cū euū sit mensuratio duratōis ipsorū euiternorum. ꝛ oīa euiterna nō sunt vnius duratōis. vt apparet de animabus hominū. quarum vna precedit aliam duratōne. ergo omnū euiternorum non erit tm̄ vnum euū. sed vnūquodq̄z euiternuz mensurabitur suo proprio euo tanq̄z mensura intrinseca. tanq̄z vero mensura extrinseca mensurabitur p̄ma substantia que est deus. vt patet. p. metaphisice. mensura em̄ extrinseca habet causalitatē super ipsum mensuratū. et per consequēs non poterit competere cuicunq̄z euiterno respectu alterius euiterni. cum nullus euiternum habeat causalitatem super alterum euiternum. 5 thomā. 5

Ad primū igitur dicendum q̄ sicut euiterna se habent ad simultatem. sic et eua eorum. sunt em̄ simul in vno nunc extrinsece et aliene mensure. puta in vno nunc eternitatis. sed non sunt in vno nūc proprie ⁊ intrinsece mensure. quia vt sic vnumquodq̄z euum est in suo proprio nunc. hoc enim interest inter tempus eternitatem et euū. quia tempus Solutio Ad. 1.

UVA. BHSC. IyR_066

nec est totum in suo nūc. nec est idem quod suū nūc. eternitas est tota simul in suo nunc. et est idē qđ suū nūc. sed euū est totū simul in suo nūc. nō est tñ idem qđ suū nūc. et iō tpus est mēsura fluxibil' ⁊ adnihilabilis. eternitas nec fluxibil' nec annihilabil'. sed euū est mēsura nō fluxibil' est tñ adnihilabil'. Ad secūdum dicendū ꝙ ħ accipit nō causa ꝓ causa. qꝛ quare euum vni⁹ euiterni nō pt esse mēsura oīm euiternoꝝ nō est ꝓ tanto ꝙ de⁹ potest creare nobili⁹ euiternū. sed est ꝓ tanto ꝙ mensura extrinseca hꝫ causalitatē sup mensurato extrinseco. vnū aūt euiternū nō habet causalitatem sup altero. iō non est simile de ꝑmo mobili respectu tpalium. ⁊ de ꝑmo euiterno respectu euiternoꝝ. qꝛ tpalia dependent a ꝑmo mobili ⁊ a motu suo taliter. ꝙ si de⁹ faceret vnum aliud nobili⁹ ꝑmū mobile etiā ab illo omnia tpalia essent apta nata dependere. sed vnum euiternum non dependet ab alio euiterno q̄ꝫtumcūqꝫ nobiliter creato. om̄ia em̄ euiterna dependent immediate a deo. et ideo q̄ꝫuis tēpus fundatū in motu ꝑmi mobilis sit mensura oīm tpalium. tñ euū fundatū in primo euiterno non est mensura omniū euiternoꝝ.

3 Ad tertium dicendū ꝙ q̄ꝫuis per illam rationem possit probari ꝙ deus sit mensura omniū euiternoꝝ. non tñ hoc ꝓbatur de aliq̄ euiterno. nam non quodlibet notius est mensura cuiuslibet ignotioris. sed solum quod sic ē notius ꝙ ipm facit ad esse ipsius ignotioris.

4 Ad quartum dicendū ꝙ sicut omnes colores reducunt in vnum colorem puta in albedinē tāq̄ꝫ in mensuram extrinsecam. sic vtꝫ in eodem. x. meth. omnes substantie reducūtur in vnam sb̄stantiam que est deus. omnia ergo euiterna reducunt in vnam mensuram extrinsecam. scilicet in ipsam euiternitatē dei non autem in aliquod euum qđ sit in aliqua creatura.

5 Et per istud idem patet ad quintum. vel dicenduꝫ ꝙ deus potest dici ꝑmum euiternū. Nam euiternū dicitur omne illud quod est extra vite terminū. hoc est cuius vita non habet terminū. sic ergo accipiendo potest concedi ꝑmum euiternū esse mensurā extrinsecam omniū euiternoꝝ.

6 Ad sextum dicendū ꝙ deus potest dici illud minimū. qꝛ ibi minimum accipit ꝓ simplicissimo. Ad argumentū ꝑncipale dicendum ꝙ minor est neganda cum sua probatione. quia q̄ꝫuis in operationib⁹ angeloꝝ sit successio. quia operatōnes angeloꝝ tempe mensurant. licet hoc tempus sit alteri⁹ rōnis a tpe fundato in motu ꝑmi mobil'. nō est tñ successio ī esse āgeloꝝ nec per ꝯsequens in euo. Unde ex hoc ꝙ esse angelorum deficit ab esse dei quamuis possit argui ꝙ sit annihilabile. non tñ sequitur ex hoc ꝙ sit successiuum siue fluxibile. ergo non concludit.

Ad principale argu.

Am ostensuꝫ

i est ⁊c. Postq̄ꝫ magister tractauit de tempore seu initio creationis ipoꝝ angelorum. Hic ostendit locum prime habitatōnis eoꝝ. Et duo facit. Nam primo circa hoc ꝑmittit suā determinatōem. Scđo circa determinata mouet vnam questionem. et adiungit suam responsionē. ibi. Hic queri solet. Prima in duas. Nam ꝑmo innuit angeloꝝ locum et habitatōem. Secūdo ponit angeloꝝ ad corpalem creaturā quandaꝫ assimilatōnem. ibi. Simul ergo visibilium. ⁊c. Prima in tres. Nam ꝑmo ostēdit ab initio angeloꝝ celū fuisse eoꝝ habitatiōem. Scđo noīat illud celū ostendendo ei⁹ qualitatem ⁊ ꝯditōem. Et tertio ꝑdictoꝝ addit recapitulatōem. Scđa ibi. Nec appellat. Tercij ibi. Ex his liquet. Circa illā lectōnem quero hanc questionem

Trum celum empyreum sit luminosum. Et videt ꝙ nō. qꝛ ī reb⁹ dyaphanis q̄ꝫto res ē materialior ⁊ magꝫ hꝫ ꝯdēsatas ꝑtes materiales. tāto ē lucidior. Sꝫ celū empyreū cū sit corp⁹ nobilissimū debet esse maxime formale ⁊ min⁹ abundare in ꝑtib⁹ materie. g̊ ⁊c. Maior ptꝫ. qꝛ vt đꝛ in de celo ⁊ mūdo. ex ħ stella ē lucidior ꝑs sui orbis. qꝛ est densior ⁊ spissior. vnde ꝓpter sui raritatē ignis in spera sua nō lucet. modicum em̄ ibi hꝫ de materia ꝓpter sui puritatē

In cōtrariū est mgr̄ in ista secūda distinctione dicēs. ꝙ illud celū đꝛ empyreū siue igneū non a calore sed a splendore. Hic q̄ttuor sunt videnda. Primo em̄ videnduꝫ est de isto celo empyreo. Secundo de celo cristallino. Tertio de firmamēto seu de celo stellato. Et quarto de septem celis planetarum.

Quantū ad primū

Articulus ꝑmus

ꝑmo videbitur vtrū existentia istius celi possit probari necessaria ratione. Secundo dato ꝙ hoc non possit ꝓbari necessaria rōne ipo tñ ī eē supposito. videbit vtꝫ possim⁹ oñdere

UVA. BHSC. IyR_066

quale sit istō celū. Quo ad ꝓmū ponō duas ꝯclones Prima ē. ꝙ celū æcimū esse qđ sancti appellāt empyreū non ꝑt oīno dici necessaria rōne. Quia illud qđ ſbterfugit intellectū hoīs manētē in suis puris naturalibꝫ ħ nō ꝑt per hoīez ꝓbari ꝑ statu pñtis vite. sed ē celū æcimū qđ appellāt empyreū ſbterfugit itellectuz hoīs manētē in suis purꝭ naturalibꝫ. ḡ ꝛc. Maior ptz. ꝓbo minorē. qz nihil ē in intellectu q̄n ꝑus fuerit i sensu. vtz ꝓmo posterioz. qz deficiēte sensu deficit scīa q̄ est ꝑm illū sensū. ḡ illō qđ nec ꝑ se nec ꝑ aliud ē aliq̄ sensu ꝓceptibile. ħ naturaliter seu ex puris naturalibꝫ nō est intelligibile. nec ꝑ ōnia sufficiēter inuestigabile. sed celū empyreū nec seipō nec mediāte aliq̄ suo effectu est sensu ꝓceptibile. ḡ ꝛc. P. quicq̄d naturali z necessaria rōne est inuestigabile. hoc a phīs vel est sufficiēter inuestigatū vel saltez aliq̄ mō tactū. sed null⁹ phōz aliq̄d tetigit de isto celo. vt infra patebit. ḡ ꝛc. Sz fuerit nō nulli q̄ ꝯ istā ꝯclonez nitūr arguere. Pro quorum

Opinio ꝯ ria.

1 Deū ee est naturali rōne inuestigabile. ḡ celum empyreū esse erit naturali ratiōe inuestigabile. Añcedēs ptz ex his q̄ scꝑsi lib. ꝓmo. dist. iij. Probat ꝯña. qz illud qđ minꝰ est elongatū a sensu z fantasia. illud magꝭ videt esse inuestigabile naturali rōe. sz celū empyreū cū sit corporeū est minꝰ elongatū a sensu z fantasia q̄z deꝰ

2 q̄ est pœnit⁹ incorporeꝰ. P. nos possumus substās separatas naturali rōne inuestigare. ḡ z celū ēpyreuz. Añs ptz. viij. phīcoz. z. xij. meth. Cōsequntia etiā ptz. qz cū nrm intelligere vel sit fantasia vel nō sit sine fantasia. vtz ꝓmo dē aīa. z oportet intelligētē fantasmata ſperulari vtz. iij. de aīa. ḡ celū empyreū qđ ꝑt hz ydolū seu fantasma i ymaginatōe. vel fantasia cum sit corꝑ seu corporeū magꝭ erit inuestigabile q̄z ſba separata. cuiꝰ nullū ꝑt esse ydolū seu fan-

3 tasma. P. phūs. viij. phīcoz ait. qñ aliq̄d est ħ z ħ. si vnū illoz inuenīt separatim. z alterz poterit separatim inueniri. Verbi gra sic ibidez ait phūs. qz inuenīt aliq̄d qđ est mouēs z mobile. z inuenīt aliq̄d qđ ē mobile z ñ mouēs. ḡ inuenīt etiā mouēs īmobile. seu motoz īmobilis. sz inuenīt aliq̄d celū dyaphanū seu trāsparēs z lucidū. sic est q̄dlibet celū planetarū. et inuenīt celū trāsparēs z nō lucidū. sic ē celū cristallinū. de q̄ infra patebit. ḡ erit celū lucidū z nō trāsparēs seu dyaphanū. qđ nō ꝑt

4 ee aliō nisi celū ēpyreū P. illō q̄d hz influētiā in ista inferioza realez. ħ ꝑt naturaliter inuestigari mediāte suo effectu. sz celū empyreum hz influentiā realē in ista inferioza vt patebit infra dist. xiij. ḡ ꝛc. Sed iste rōnes q̄z quis sint aliq̄ mō ꝓbabiles z appentes. tñ nō sūt necessarie z exīstentes. ḡ anteq̄z ad eas respondeā pono scḋam ꝯclusionem. et est hec ꝙ celū empyreū esse. potest aliquo mō declarari ꝓbabili ꝓsuasione. Et istud patet ex intentōne beati Augustini sup Gen. ad litterā. ca. viij. vbi sic arguit. Omne quod mouet īnititur alicui immobili. Et hāc ꝓpositōnez declarat inductiue. qz digit⁹ nō mouet nisi palma sit fixa. nec palma mouet nisi fixo articulo cubiti. nec cubit⁹ mouet nisi fixo humero. Et sic discurrēdo ꝑ singula ostendit ꝙ semꝑ corꝑ motū ꝑsupponit corpus īmobile. cū ḡ nouez celi sint mobiles. vt infra patebit. ḡ videt ꝙ ꝑsupponāt æcimū celum qđ sit īmobile. ḡ ꝛc

Ista āt ratio licet sit aliq̄ modo ꝓbabilis. nō est tñ naturalis z necessaria. qz naturalis phūs nō ꝯcederet ꝙ aliqđ corꝑ esſz īmobile cū exꝑsse ponat Aristo. viij. et. viij. phīcoz ꝙ oīe corꝑ est mobile. z oīe mobile corpus.

Item diceret phūs ꝙ licet illud qđ mouetur in aliq̄ motu recto requirat aliq̄d stabile i q̄ mouet. ꝓpter ħ em̄ locꝰ dr q̄d īmobile. viij. phīcoz. tñ celū nō mouet in aliq̄ sz solū circa aliq̄d. ḡ nō exigit rōne sui motus aliq̄d īmobile in quo mouet. sz circa qđ mouet. z hoc dē facto dat. puta ipm centrū terre. Ad ꝓmū ductū ꝯtra ꝓmā ꝯclusionē nego ꝯsequentiā. quia veritas istiꝰ ꝓpositōis. æus est. ita patz ex effectib⁹ quos videmꝰ in creaturis. ꝙ ista ꝓpositio apđ sapiētes ꝑ se nota est. Propter quod ait apostolus ad Ro. ꝓmo loquens de cognitōe gentiliū quam habuerūt de deo. Invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta cōspiciuntur. sempiterna quoq̄z virtus eius et diuinitas. Ymmo etiam Aristoteles nō solū æum esse. verūetiam vnū æum esse quasi necessaria ratione æducit. xij. meth. circa finem Sed celū empyreum esse nō apparet euidēter ex aliquo effectu nobis noto in creaturis. Ad ꝓbationem dicendum ꝙ licet deus i se acceptus sit summe elongatꝰ a sensu et fantasia. tamen effectus deum ostendentes nō sūt elongati a sensu vel fantasia. Ad secundū 2 dicendū ꝙ ꝑ motū celi necessariā ratiōe ꝓbamus ſbas separatas esse. sed ꝑ nullū effectum possumus ꝓbare celum empyreuz esse.

Ad tertiū dicendū ꝙ naturaliter loquēdo 3 tūc maioz ñ ē ꝑa vniūsaliter. qz in hoīe naturaliter stant simul ſba z accidens. in deo ſba sine omni accidente. z tñ nō ꝑt dari naturaliter aliq̄d accidēs sine oi ſba. cū naturaliter accidēs

Cōtra opinionem

Scḋa cōclusio.

Ad rōnes ꝯ ꝯclonez ꝓmam

UVA. BHSC. IyR_066

esse sit in esse. vtz. istj. metȳ. vnde tale accidēs nō cēt accidēs. qđ est ꝺictio. qz oīe accideſ vel actualiter inheret ſbiecto. sic est q̄dlibz accidēs sue nate ꝛelictū. vel saltē aptitudie inheret. sic sūt accidētia in sacramēto altarȝ ſuper naturaliter ſepata. tale ā accidēs qđ ex ſui nata esset sine ſbiecto staret p se. z nec actu nec aptitudine inhereret. Et iā falsū assumit in minoꝛ cū ꝺꝛ. q celū cristallinū nō ē lucidū. qz ñ min⁹ ſz multo magis celū cristallinū illumiatur a celo empyreo. qđ in oi ſui pte lucet sicut sol vel sicut clariſſima stella. q̄ q̄dcūq̄ celum planetaꝛ illūiet a sole. Et iā ꝺato q ꝛō concluꝺeret. tūc tale celū ꝛe q̄ ꝺcluꝺit nō cēt celū empyreum. qz ȳ celum nō solum est luciduz ſz etiā est trāſparēs. alias beati non possent se mutuo videre ī illo celo. Ad quartū ꝺicēꝺū q q̄uis celū empyreū hȝ influentiā in ista inferioꝛa. tñ ꝛe illa influētia naturaliter nihil cō stat nob. z ō p illā influētiā cum naturaliter sit nob ignota non possum⁹ celū facere notū. seu ꝓbare ipm esse. ſz magis econūſo p̄ſupponēꝺo hmōi celū esse. tūc p celū illud ꝓbam⁹ iā ꝺictā influentiā. Quo ad ſcm pono q̄ttuoꝛ ꝺcl'oes. Prima est q ſuppoſito ex ꝺictis ſcō z q celū empyreum sit. tūc pt ꝓbabiliter oſtendi q istud celum sit excellēter lucidum.

Inquiſitō ſcꝺa articuli p̄mi p̄ncipalis.

Prima cō cluſio ꝓbatur.

Scꝺa q sit fm q̄ꝺ trāſparēs seu ꝺyaphanū. Tertia q sit inuariabile. Quarta q sit imobile. Prima ꝺclionē ꝓbo sic. Nobiliſſimū coꝛp⁹ ꝛebet excellēter habere nobiliſſimā q̄litatē coꝛpalē. ſz celū empyreū ē coꝛp⁹ nobiliſſimū. cū sit habitatio btoꝝ. z luxē nobiliſſima q̄litas inter oēs q̄litates coꝛpales. ꝑ ꝛc.

Opioꝝria 1

Sz oppoſitū iſti⁹ ponit q̄ꝺā opinio ꝺuplici rōe. Primo qz celū empyreū ē maxime oīm coꝛpm. ꝑ si cēt lucidū excellēter. tūc nūq̄ haberem⁹ noctē. qz nō obstante solis absentia lumē iſti⁹ celi ſufficiēter illūiaret totū aerē.

2

Scꝺo qz celū empyreū est coꝛp⁹ maxime formale inter oīa coꝛpa. ꝑ nō p cē excellenter lucidū. Añcedēs ptz. qz q̄nto coꝛp⁹ est nobili⁹ tanto est formali⁹ z min⁹ hȝ ꝛe materia. ꝺña etiā ptz. qz quanto celeſte coꝛp⁹ est lucidius. tanto est ſpiſſius. z p ꝺñs magȝ abundat in materia. ꝓpter hoc em stella est lucidioꝛ ꝑs ſui oꝛbis. qz est ſpiſſioꝛ ꝑs ſui oꝛbis. rariora vero min⁹ lucēt. ō em ignis nō lucet ī ſua ꝓꝓa ſpera. qz ibi ē rariſſim⁹ z maxie formalis min⁹ hñs ꝛe materia q̄ ignis q̄ vtimur hoc inferi⁹.

Cōtra opinionem Solo.

Sz iſta nō ꝺcluꝺūt. qz fm ſcōs ꝺoctoꝛes iſtud celū ꝺꝛ empyreū. id ē. igneū. non a caloꝛe ſz poti⁹ a ſplēꝺoꝛe. Ad p̄mū nego ꝺſequentiā. Nā sic luna qz obſiſtit viſui z nō ē trāſparēs aufert nob lumē ſolis qñ interponit inter nos z ſolē. sic octaua ſpera. qz ex nulla ſui pte est trāſparens z ꝺyaphana. z ex oi ſui pte obſiſtit viſui nro. ō celū empyreū nō p̄t lumē a ſe ꝛeꝺuatū ad nos trāſfundere p octauā ſperā vel p ipm firmamētū. Ad.1.

Inſtantia

Forte ꝺicet q iſta ſoluto impꝛeꝺit ꝺcl'onez p̄ꝺictā. qa fm astronomos sol ꝺꝛ q̄ſi sol⁹ lucēs. z ȳ p tanto. qz sol⁹ sol hȝ lumē a ſeipſo z nō ab alio coꝛpe. oīa aūt alia lumiaria coꝛpalia lumē corpale hñt a sole. z hinc est q sol ꝺꝛ fons totius luminis coꝛpalis. ſz firmamētum mediat inter solē z celū empyreū. q celū empyreū nō potest a sole recipe lumē. z p ꝺñs nō erit lucidum.

Solo.

Rñdeo q celū empyreū cū sit p̄mū z nobiliſſimū omniū coꝛpoꝝ. ideo a nullo alio coꝛpoꝛe poterit ꝛependere. ergo tantūmodo habȝ a ꝛeo effectiue lumē ſuum et non a sole. vel a quocūq̄ alio coꝛpoꝛe. stelle autem firmamenti et oīa alia lucentia citra firmamentū nō habent lumen a se. sed tantummodo a sole. z ideo reſpectu talium ꝺicitur sol quaſi sol⁹ lucens. id est. ſolus lucem a ſe habens.

Ad.2.

Ad ſecundū ꝺicendū q conſequentia nō est vera Ad ꝓbatōnem ꝺicendū q licet in natura elementoꝝ ſpiſſioꝛa ſint indignioꝛa. ignis em ē dignißimū elemētoꝝ cū sit rariſſim⁹. z terra viliſſimū elementoꝝ cū sit ſpiſſiſſima. in natura tamē celeſti est econuerſo. stella enim est nobiliſſima pars ſui oꝛbis. cuȝ sit ſpiſſiſſima. Appellando etiā formalius illud qđ est actiuius. tunc in natura celeſti magis ſpiſſa: ſunt magis formalia. stella enȝ cū hoc quod est ſpiſſioꝛ pars ſui oꝛbis. est etiam actiuioꝛ pars ſui oꝛbis.

Secunda concluſio. Ratio

Secundo ꝺico q iſtud celum est aliquo modo trans parens ſeu ꝺyaphanum. quia talis ꝺiſpoſitio localis qualitas facit ad ꝛelectatōem beatoꝝ non ꝛebet ꝛenegari loco ſeu habitatōni eoꝝ. sed transparētia ſeu ꝺyaphanitas est huiuſmodi. ergo ꝛc. Maioꝛ patet. quia cum in beata vita ꝑfecta z plena ſit ꝛelectatio. nihil ꝛenegabitur ibi quo augeri potest beatoꝝ ꝛelectatio. Minoꝛem ꝓbo. quia magna ꝛelectatio est preſentialiter viꝛe amicuȝ. iuxta illud quod ait Ariſtotcles ix. ethicoꝝ. Delectabilis est preſentia amicorum. Et infra ſbdit. In amantibus videre ꝛelectabiliſſimum est. Sed quilibet beatus est amicus alterius fm perfectam caritatez. ergo coꝛporali viſione in vita beata reſuſcitatȝ coꝛporibus ſe mutuo ꝛebent videre. hoc autem fieri nō poſſet niſi celū in q̄ habitāt esset ꝺya-

UVA. BHSC. IyR_066

phanū. alias ēm obsisteret visui in tm̄. q radij visuales nō possent attingere obiectū. nec species obiecti possz venire ad oculū Instantia Forte diceret q sicut ptz ex pcedentibꝫ quāto aliqd in naka celesti est lucidi⁹ tāto est spissius. sz rudicis in ꝓma ꝯclone istiꝰ inq̄sitōis. q celū empyreū est excellēter lucidū. g erit excellēter spissum. z p ꝯns nullo mō razz seu dyaphanum. et sic videt q ista ꝯclusio contradicat ꝓme.

Solutio Rn̄deo q licet pḣice loq̄ndo. q̄n ro aliqd i celo est lucidi⁹ tanto sit spissius. tn̄ ad ḣ non est artata diuina potēta q̄n possit etiā i rarissimo corpe tantā vel maiorē lucē inducere q̄z p nūc sit lux solis. Et q3 dicēs eē videt vt corpalis habitatio btōz sit valde lucida z amena. z cū ḣ trāsparēs z peruia vt mutuo se possint videre. iō nō obstante celi empyrei magna luciditate. illud celū tantā hz trāsparentiā z raritatē. quāta sufficit ad clarā z iocūdā corpalē visionē ipōz btōz. Tertia cō clusio. Tertio dico q loquēdo ꝓpe de variatōe seu alteratōe. tūc ist̄ celū ē invariabile seu inalterabile. q illō qō n patitur pegrinas impssiones ḣ nō variat nec alterat ꝓpe. sz nullū celū de q̄ locut⁹ est aristoteles patit pegrinas impssiones. vt ipe pbat in libro celi z mūdi. g multo mun⁹ celū empyreū patiet hmōi pegrinas impssiones cū sit nobilissimū celoz. Ratio. Instantia Forte dicet q vox corpalis esse nō pt nisi in corpe rarefactibili z odensabili. z p ꝯns ꝓpe variabili. sz post mortuoz̄ resurrectōez beati deū voce corpali laudabūt ac sibi mutuo loquēt. g z̄c. Maior patet. ij. de aīa. Minor etiā ptz. q3 dicēs est q lingua eoz deseruiat in vita btā ad diuine laudis pconiū. z mutue societatis amicitiā exp̄mēdā Solutio. Rn̄deo q resuscitatis corpibꝫ btōz. ipsi beati habebūt in gutture suo aerē sibi cōnaturalē. q q̄dem aer cū p naturalia instrumēta reuerberat ad vocalē arteriā. tūc in reali motōe et scissione illi⁹ aeris erit vox realiter. a q̄ voce reali vlteri⁹ p ipm celū multiplicabit vox intētionaliter in tm̄ q quilibet pt alterī audire. z quilibet pt alteri intentōem suā etiā vocaliter exp̄mere. q̄uis ipm celū non sit ꝓpe rarefactibile vel cōdensabile. variabile seu alterabile. sic em̄ nūc vox ab ore hois ꝓlata mlto remotius audit q3 aer realiter p vocem scindat seu moueatur. quia licet necesse sit illud in quo ē vox realiter moueri et aliquatenus alterari. tamen intentionaliter potest esse vox seu sonus in aliquo corpore sine sui alteratōe ꝓpria et reali. Unde quando loquimur q̄diu aer ad tumultuatōnem vocis realiter mouetur. tam diu in tō aere est vox realiter. sz cessante aere ab huiusmodi tumultuatōne z reali motione. non multiplicatur vlterius vox seu sonus nisi intentionaliter. sic in gutture et in ore beatoz̄ erit vox realiter. in celo autez solū intentionaliter. Quarto dico q istud celuz est imobile loquendo d̄ motu locali. q3 ꝓprius locus illoz̄ qui sunt in perfecta quiete debet esse immobilis. sed celum empyreum est ꝓprius locus beatoz̄ qui sunt in perfecta quiete. ergo z̄c. Maior patz. quia ꝓprius locus ad locatum habet aptitudinem z conformitatē. minor patz ex dictis sanctoz̄ multoz̄ hic in littera Sed contra istam conclusionē arguūt quidam sic. Oē corpus est mobile. quia dicit ph̄us in phisicis q omne corpus mobile et omne mobile corpus. sed celum empyreū est corpus. vt de se patet. ℙ. omne corpus naturale est mobile. sed celum empyreū est corpus naturale. ergo z̄c. Maior patet. quia natura est principiū motus et quietis eius in quo est. vt dr. ij. ph̄icoz. Minor pbatur. quia omne corpus aut est naturale aut mathematicū. sed celum empyreum nō est corpus mathematicum. ergo erit corpus naturale. ℙ. angeli sūt mobiles. ergo et celum empyreū est mobile. cōsequentia patet. quia nulla rōne videtur q corpus sit immobilius spū. probat antecedens. quia in libro Job dicitur de angelis. Qui seruiunt ei nō sunt stabiles. et in angelis suis reperit prauitatē. Et fm aplm. angeli sūt ministratorij spūs in ministeriū missi eorum qui electi sunt ad salutem. Ad ꝓmum dicendum q ph̄us in hoc fuit deceptus q nullum corpus credidit esse sup ipm ꝓmuz mobile. et quia oē corpus existens infra ꝓmuz mobile aliquo modo dependet ab eo. et p cōsequens est mobile. nam illud qō dependet a mobili oportet aliquo modo esse mobile. idō apud ph̄m ista ꝓpositio reputabatur p se vera qua dicitur. oē corpus est mobile. sed in rei veritate ꝓpositio est falsa apud xp̄ianos. q ponūt aliqd corp⁹ sup ipm ꝓmū mobile. penit⁹ indepēdēs a ꝓmo mobili. sic est ipm celū empyreū. Ad scōm dicendū q corp⁹ dr naturale dupl̄r. Uno mō eo q sit ꝯpositū ex materia z forma q̄ dicūt naka. vtz. ij. ph̄icoz. Alio mō eo q sit affectū z dispositū seu informatū q̄litatibꝫ naturalibꝫ actiuis z passiuis. z isto scōo mō accipiēdo corp⁹ naturale. tūc oē corp⁹ naturale naturaliter ē mobile. z d̄ isto ꝓcedit argumētū. sz celū empyreū solū ꝓmo mō pt dici

Quarta ꝯclusio

Ratio.

Cōtra conclusionem

1

2

3

Solutio ad 1.

Ad 2.

UVA. BHSC. IyR_066

naturale.cū sit ꝓpositū ex materia ⁊ forma. et nō scdo mō. cū non sit sbstratum contrarijs qualitatibꝫ actuis ⁊ passiuis. Nam si hmōi qualitates haberet tūc necessario esset corruptibile. Potest etiā corꝓ pmo mō acceptuꝫ eē mobile scdm locū.qñ hoc requirit ordo vniuersi. vtz in motu oim celoꝝ q̄ sunt infra celū empyreū .motum aūt celi empyrei nō requirit ordo vniūsi.sed potiꝰ requirit imobilitatē eius ꝓpter statū beatoꝝ.quoꝝ ꝓpius locus
Ad.3. est celū empyreū. Ad tercium dicendū ꝙ cum motus angeli et motus corꝑm sint diū sarum rōnum.ideo nō ꝑt vnꝰ sufficiēter ꝓbari ꝑ alterum. Dato eī ꝙ nullū corꝑus moueret. angelus nō minus posꝫ moueri q̄ si omnia corꝑa moueren̄t. quomō aūt angelus moueaꝫ dixi in primo lib.dist.xxxvij. articu
Nota. lo.ij.conclusione.iij. Est tn̄ hic notandus ꝙ celum empyreum non dico sic īmobile.q̄n si ꝛo placeret eque bene posset moueri sicut ⁊ ceteri celi.sed ꝑ tanto dr̄ īmobile.qz ordo vniuersi non requirit motū ei⁹. et ipe ꝛ⁹ nō sbicit tale celum virtuti alicuiꝰ creature.q̄ moueat ipsum.

Articulꝰ 2

Quātum ad secūdum articulū pmo videndū est vtrū ostēdi possit necessaria rōne ꝙ sit quoddaꝫ celū mobile sup octauā sperāz. Scdo cuiꝰ nature sit
Prima cōclusio. illud celū. Quo ad pmū dico ꝙ sic.qz illō
1 qđ mouet diuersis motibꝫ nō ꝑt esse pmum mobile.sed octaua spera mouet diūsis motibus.ḡ ⁊c. Maior ptz.qz pmū in quolibet genere est mēsura ceteroꝝ. vt dr̄.x.methꝫ.mensura vero debet esse vna ⁊ simplex.vtz ibidem.ḡ pmū mobile debet moueri vno simplicissimo motu.vt eiꝰ motus veraciter sit mensura omniū ceteroꝝ motuū. Minor patebit in tertio
2 articulo istius questiōis. Ꝑ.oīe mlt̄iplex et diffoꝛme ꝑsupponit aliqđ simplex ⁊ vnifoꝛme.sed q̄dlibet celoꝝ visu immediate ꝓcepti biliū mouet multifoꝛmiter. vt infra patebit.
Instātia. Sz forteꝫ istud diceret.qz nihil est in intellectu q̄n ꝑus fuerit in sensu .vtz ex supioribus allegatis.sz nullū celū exīs sup firmamētū est sensu ꝓceptibile. Nam si aliq̄ sensu hoc fieri deberet maxie videret ꝛ sensu visus.et hꝫ nō.qz octaua spera in nulla sui ꝑte ē ꝑnetrabilis visu.⁊ iō ꝑprie dr̄ celū.qz celat ⁊ absconSolo. dit a nob oīe qđ est supra ipam. Rn̄deo ꝙ licet nonū celū nō cadat imediate sb sensu. tn̄ ex sensatis sufficiēter ꝑt oñdi . nam cū sensu ꝓcipiebaꝫ multiplex motus octaue sperę. ex hꝫ necessario ꝯcludebaꝫ ꝙ octaua spera nō erat ꝑmū mobile et ꝑ ꝯsequēs oportet eē q̄dđā celū sup octauaz sperā cuiꝰ motus sit simplex ⁊ vnifoꝛmis.ac ꝑ ꝯsequēs ꝑmꝰ oīm motuū. Quo ad scdm dico ꝙ istđ celū nō ē ex natura elementari.qz corꝓ naturaliter īcorruptibile nō est elemētū nec ex elemētis.sz potiꝰ ē ex nata q̄nte essentie.sz celū exīs sup firmamētū est naturaliter incorruptibile.ḡ ⁊c. Maior ptz.qz tam elemēta q̄z ex elemētis ꝯposita sūt naturaliter corruptibilia. Minor etiā patz.qz fm Aristo.⁊ suū cōmētatorē in celestibꝫ corꝓoribꝫ neq̄z malum neq̄z corruptio reperitur. Secunda conclusio.

Ꝑ.firmamentū ⁊ celi planetaꝝ nō sunt de natura elemētari.ḡ nec istđ celū.patz añs ī li. celi ⁊ mūdi. Probat ꝯsequntia.qz ꝑmū mobile nō est ꝯpositus his mobilibꝫ q̄ sunt citra ipm.sed istud celū est ꝑmuz mobile.vt infra patebit. Sz ꝯ istud est q̄dam opio q̄ potꝫ ꝙ istud celū sit vere aqueuz seu de nata aque. qr̄ dr̄ Beñ.ꝑmo ꝙ fecit dꝰ firmamētū ⁊ diuisit aquas q̄ sup firmamēto sunt. ab aquis q̄ sb firmamēto sunt. Qđ attendēs augꝰ. sup Beñ.ait. Qualitatē aque supra firmamētuz esse nō dubitamꝰ. Maior est eī hꝰ scripture auctoritas q̄z oīs ingenij hūani capacitas. 2 Opinioꝝ ria.

Ꝑ.illud qđ excessiue est frigidū hꝫ est de natura aque.istud celū est excessiue frigidū.ḡ ⁊c Maior ptz.qz ꝑma q̄litas aque est frigiditas.ḡ quicq̄d est excellēter frigidū.oportet ꝙ sit de nata aq̄.minor ē isti ꝓbat ꝑ hꝫ ꝙ saturnꝰ est frigidissimꝰ planetaꝝ. quā frigiditatez vt dicūt saturnꝰ ꝯsequit ex ꝓpinq̄tate ad istud frigidissimū celū.qz inter oēs planetas saturnꝰ est ꝓpinquior celo cristallino. Hic est advertendū ꝙ ꝓpter mlt̄as auctates sacre scripture q̄ sonare videnť aquas eē sup celos.beatus augꝰ.q̄ ad hmōi aquas recitat duas opiniones. Unaz recitat.ij. sup Beñ. q̄ ponit ꝙ ille aque q̄ sup celos sunt sint aque elementares eiusdē speciei cū istis aq̄s inferioribꝫ. Quia cū scꝑtura sacra nō distinguat īter istas aq̄s ideo ñ videtur ꝙ nos debeamus distinguere. 2 Nota Opio. 3

Ꝑ.sicut videmus in homine qui est microcosmus.hoc est minor mundus. sic debemus iudicare de maiori mundo.sed in homine cerebrum quod est frigidior pars corporis humani tenet locum superiorem q̄z corꝑa que sunt partes calidiores.ergo et in maiori mūdo aque possunt tenere locū altiorem. 4

Ꝑ.in psalmo dicit. Extendens celum sicut pellem.qui tegis aquis superiora eius. 5

UVA. BHSC. IyR_066

6 P. aque q̃nq; rescẽdũt de celis. g̃ aque ũt supra celos. Cõsequntia patz. qz si in celis seu sup celos nõ essent aque. tũc de ipis nõ posset descendere aque. Antecedens pz Gen. vij. vbi dr. cataracte celi aperte sunt z pluit quadragĩta diebz z. xl. noctibz. Contra opinionem

Sed ista opinio stare nõ pt. qz corpa eiusdẽ nature ꝓme debent habere vnũ locũ naturalẽ. g̃ si sup firmamẽto essent aque. tũc vel iste aque inferiores essent extra suũ locũ naturalẽ. et p cõsequns naturaliter ascenderẽt ad illas aquas supiores. vel ille supiores violenter supius detinerent. eo q naturaliter deberent descendere ad istas.

Instantia

Forte ad istud dicerẽt illi d̃ ista grossa opinione q ille aque supius existentes nõ possũt descendere nisi aperiant cataracte celi. quibus apertis hmõi aque naturaliter descẽdunt. sic apparuit tpe diluuij. Solutio.

Sed nec istud valz qz in supcelestibz nihil est violentũ. vt patz p phm in de celo z mũdo. sed p omne tpe quo cataracte nõ essent aperte tũc violenter tenerent supius ille aque.

Instantia

Forte adhuc diceret q p pter elongatiõem rei a suo ꝓprio loco minuit appetitus ei9 ad locũ. Ista em est causa quare motus naturalis est tardior in ꝓncipio et velocior in fine. qz in ꝓncipio illi9 mot9 ipum mobile ꝓpter elongatiõez a loco nõ habet tm appetitũ ad locũ q̃tum habet in fine q̃ appropinquat ad ipm locũ. Sed iste aque que sũt sup firmamẽto maxime distãt a loco istarũ inferiorz aquarz. iõ modicũ vel nullũ appetitũ habent ad istũ locũ descensum. z p consequẽs nõ tenent supius violenter. qz p̃ solum est violentũ qđ est ꝓtra naturalem appetitũ. Solutio.

augusti. tria sunt oīm rez naturaliū p̄ncipia scilicet materia forma ⁊ rōes seminales Uñ meli⁹ exprimit̄ illud terciū rez principiū per augustinū q̄z p arestotelē. Qz p̄uatio ꝑm arestotelē est carētia forme cū aptitudīe ad eaz. ita ꝙ priuatio p se dicit carentiā. ⁊ solū ex ꝯsequēti dicit aptitudinē. Ratio vero semīalis ecōuerso p se dicit aptitudinē. si aūt dicit carētiā h̄ est ex ꝯseq̄nti. Cuz igit̄ aptitudo magis sit de rōne p̄ncipij q̄z carētia. ideo ⁊c. Est etiā illa assignatio p̄ncipioꝝ facta p augustinū vniūsalior. qz priuatio vt p̄uatio se tenet tm̄ ex pte p̄ncipij passiui. sz rōes seminales se tenēt cū p̄ncipijs actiuis ⁊ passiuis. Ergo sententia augustini nō solū ē ꝯgruētior. vez etiā est cōpletior q̄z sit sn̄ia arestotel'. Quo ad secūdū dico ꝙ forma nō p̄est ꝑm hmōi rōnes seminales. ita ꝙ aliqua entitas ipi⁹ forme p̄sit ī materia ante sui p̄ductōez. Nihil em̄ dicit effect⁹ p̄ducibilis in sua causa materiali nisi materiā vt apta nata est trāsmutari actōe naturali ad h̄ ꝙ actu fiat in ipa talis effect⁹. sicut etiā effect⁹ p̄ducibilis ī sua causa efficiēte nō dicit aliud q̄z ipm efficiēs vt potēs est talē effectū ponere ī esse. P̄. sicut tota entitas materie est potētia. qz ipa substantiuat̄ per posse vt patet in de substātia orbis. sic tota entitas forme est act⁹. igit̄ si forma ante ipsi⁹ actualē p̄ductōnē ꝑm aliquā suā entitatē distinctam a materia p̄esset in materia. tunc esset actu anteq̄z esset actu. qd̄ est ꝯtradictio. P̄. cū oīs entitas forme det esse formale ei in quo est. ergo materia haberet esse actu p formā ante ipsam generationē. qd̄ est impossibile. cū forma ꝑm qd̄ dat esse substātiale materie sit termin⁹ ipsi⁹ generatōnis P̄. tunc subiectū generationis nō esset pura materia. s. ipm hyle. qd̄ ē ꝯtra ph̄m p̄mo de generatōne. P̄. si forma p̄existeret ꝑm aliquā sui entitatem realiter distinctam a materia, cū forma sit indiuisibilis oporteret ꝙ ꝑm totā essentiā p̄existeret. sed tota essentia forme nō potest esse in aliquo nisi det ei esse ꝑm illā formā. quia vt ait cōmentator. vij. methaphisi. essentia nō potest separi a suo esse. ergo in aere siue in materia aeris esset vere ignis anteq̄z ex aere generaret̄ ignis.

Inq̄sitō secūda hui⁹ articuli.

1

Req̄re egidiū. ij. quolibet. q. xij.

2

3

4

5

Sz ꝯtrarium istius conclusionis tenent quidam doctores dicentes. ꝙ sicut forma in actu ponit numerum cum materia. ita ꝙ materia ⁊ forma in actu sunt due res ex quibus constituitur cōpositū in actu. sic forma in potentia ponit numez cū materia ita ꝙ sūt due res ex quib⁹ ꝯstituit̄ compositū in potentia.

Jacob⁹ de viterbio. ij q̄libet. q. i.

Et addunt isti ꝙ tota forma ꝑm rem vt habet esse in potentia dicitur suijpsius exordiuz vt educenda est in actū. ⁊ propter huiusmodi inchoationē forma dicitur p̄existere ī materia ante generationē. Multa alia valde dubia ponit iste doctor simul cū his dictis. Hec tamē magis sunt ad p̄sens propositū.

Istud etiā tenet alexāder. iij. q̄libet. q. vlti.

Predicta autē p̄bat primo per cōmentatorem qui. viij. methaphisi. ait. Est igitur aliqd̄ vnū qd̄ primo est in potētia. ⁊ postea trāsfertur de potentia ad actū. translatio em̄ non largitur ei multitudinē sed perfectionē in esse Ex quo manifeste apparet vt dicunt ꝙ nō acquiritur aliqua noua res. sed solū nouus modus essendi. Et ideo sicut post trāsmutatōez in cōposito sunt due res. s. materia et forma. ita ⁊ ante transmutationē. P̄. actus ⁊ potētia cum diuidāt qd̄libet genus ⁊ quālibet speciem entis. oportet ꝙ sint in eodez genere et ī eadē specie. h̄ autē esse ñ posset nisi forma in actu ⁊ in potentia essent eadem res cum identitas speciei sumatur ab identitate forme. a qua vnumquodq̄z sortitur speciem. ergo ⁊c.

1

2

P̄. medium cōmunicat naturaliter cū extremis. ergo sicut albedo in actu ⁊ omnimoda negatio albedinis differunt a materia. sic albedo in potentia que est mediū inter ea est aliud a materia. P̄. si sola materia p̄existeret. cum essentia forme sit alia ab essentia materie. ipsa forma cum res generatur ex nihilo crearetur. P̄. ad idem posset argui sic. Entis ad non ens non potest esse realis ordo. vl' habitudo. siue realis relatio. quia relatio realis necessario requirit extrema realia. sed materie ad formam in potētia existentem est habitudo siue relatio realis. igitur forma vt est in potentia necessario dicit aliquā entitatem realem. P̄. appetitus realis non potest esse ad illud qd̄ formaliter nihil est. sed materia habet appetitum realem ad formam que est in potentia. quia materia appetit formam vt femina masculum ⁊ turpe bonum. vt dicitur primo phisicoꝝ. Sed quia isti videntur incidere in errorem anaxagore qui nihil posuit esse sincerum. quia omnia posuit in om̄ibus. ideo omnia p philosophū adducta primo phisicoꝝ. cōtra anaxagoram possunt adduci etiā contra istos. Modus etiā istius positionis non valet. Quia quāuis forma ī actu differat a materia. non tamen forma in potētia. quia act⁹ est q̄ distiguit. igit̄ forma ī actu ꝟe distiguit̄ a materia q̄ ē ens ī potētia. īmo est ipa potētia. Potētia aūt vt potētia ñ

3

4

5

6

Cōtra Jacobū.

1

UVA. BHSC. IyR_066

distinguit a potētia. Et ideo forma in potentia nō potest esse distincta a materia. P. sicut actꝰ cū actu vt actus est nō ꝓstituit aliqd cōpositū. sic potētia cū potētia nō potest ꝓstituere cōpositū. P. essentia forme si p̄cederet generationem existēs distincta a materia. aut esset maioris entitatis q̄ materia. aut minoris. aut equalis. Deducat sicut in p̄cedenti articulo deductū est. P. si p generationē solū modꝰ acquireret & nō res. tūc generatio nō esset realis sz modalis. Ad primū dicēdum ꝙ ꝓ tanto dicit trāsmutatio materie nō largiri multitudinē sz perfectionez in esse. qz perfectio quā p trāsmutationē acquirit ipa materia facit vnū cū materia. vl accidētaliter sicut in trāsmutatiōe accidētali. vel essentialiter sicut in trāsmutatiōe substātiali. ita ꝙ ex tali pfectiōe & materia resultat vna essentia Ad secundū dicendū ꝙ ens existēs in pura potētia nec est in genere nec in specie actu. cū enim vnūqdq; sit in genere p suā entitatē. ideo sic ens in pura potētia nō habet entitatē sz possibile est ipm q̄q; habere entitatē. sic nō est in specie sz potest quandoq; esse in specie. Ad terciū dicendū ꝙ ꝓ omnimodā albedinis negationē vl intelligis ens ꝓhibitū. puta qđ nullā habet entitatē albedinis. nec possibile ē ipam aliquā vnq; habere albedinē quacunq; virtute. & tūc albedo in potentia nō est medium participans talia extrema. qz possibile nihil participat & impossibili. vel intelligis negationē omnis entitatis realis ipsiꝰ albedinis. & tunc albedo seu albū in potētia nō est medium inter p̄dicta. sed est ipm alterū extremuz. quia vt sic dicit omnimodā negationē albedinis. Nā vt in potentia pura est ad albedinem. nihil tūc habet & albedine. Ad quartum dicēdū ꝙ vt patet. vij. methaphi. forma nō fit sz totū cōpositū fit ex materia et forma & ideo nō oportet querere ex quo fiat forma. cū ipa nō fiat p̄r se. sz solū p accidēs. s. ad factionē totiꝰ. igit sufficit assignare illud ex quo p se fit ipm totū. ad hoc ꝙ viret creatio. Etiā ista ratio est ꝓtra istos. qz ille modꝰ accidentalis sm quē dicūt formā terminare generationē non pfuit. nec sm se. nec sm aliquid sui. Et ideo si forma argumēti valeret. tūc saltem ille modꝰ crearet. Ad quintū dicenduz. ꝙ illa habitudo materie ad formā que est in potentia nō est relatio realis actu sz aptitudine Et ideo nō oportet ꝙ actu habeat terminū realem. sed sufficit talē terminū esse in suis causis ablq; reali distinctione sui ab hmōi causis. cū aūt talꝰ terminꝰ. s. ipa forma sm p̄pam suā entitatē distincte a suis causis ponet in esse ꝓpo. tūc etiā talis relatio quā termiat erit actualis. qz actualiter terminat Ad sextuz dicendū nego maiorē. qz agens agit ꝓpter finem nō acquisitū. qz habitibꝰ p̄sentibꝰ cessat motꝰ. sz mouet & agit ꝓpter finē acquirendū qui in se formaliter nō est. & tm appetit ab agēte. Uel dicendū ꝙ quāuis forma quā appetit materia in se & formaliter nihil sit. est tamen aliquid dispositiue. puta in suis dispositionibus que sunt in materia inclinātes eā ad appetendum formā ad quā disponunt.

Ad.1. Solutio. Ad.2. Ad.3. Ad.4. Ad.5 Ad.6.

Quantū ad terciuz

Articulus tertius.

principale pono duas ꝯclusiones Prima est ꝙ corpꝰ eue nō p̄fuit in costa ade sm potētiam naturalē. Quia illud nō est in aliq̄ sm potentiā naturalē. qđ nō est in eo sm rationē seminalē. sed corpꝰ eue nō p̄fuit in costa ade sm rationē seminalē. ergo & c. maior et minor patet ex p̄cedētibꝰ. Secūda ꝯclusio est ꝙ corpꝰ eue p̄fuit ī costa ade sm potētiā obēdiētialē. Qz quicq̄d virtute diuina fit & aliq̄ re materiali. qđ virtute naturalis agentis fieri nequaq; potuit. ꝯ p̄fuit ī illa re materiali saltē sm potentiā obēdientialē. sz corpꝰ eue ꝑtute diuīa fuit factū ꝺ costa ade & nulla naturali ꝑtute ꝯ poterat fieri. q & c. Est tm hic aduertendū ꝙ si q̄q; inuenit in dictis beati augustini. illꝺ corpꝰ p̄fuisse ī costa ade sm rōem seminalē. tūc ibi accipit rō seminalis impꝓpe.

Prima cōclusio.

Scda cōclusio.

Quātuz ad quartū

Articulus quartꝰ.

principale pono duas ꝯclones. Prima ē ꝙ & pt ꝺ re corpali pua facere corpꝰ magnū sine rarefactiōe & sine noue materie additiōe. qz ñ apparet maior difficultas in isto q̄z creare qđcūq; corpꝰ ꝺ nihilo. sz istud pt &. vt declaratū ē supiꝰ. dist. i. q. i. q & c. P. ista est expsa sīa hugonis. i. lib. ꝺ sacramētis. pte. vi. c. vlti. vbi ponit q̄ttuor q̄ solꝰ & pt & nlla creatura. Quoz p̄mū ē. ꝙ & pt aliq̄d facere & nihilo. Scdm ē ꝙ & pt aliq̄d ꝯuertere ī nihil. Terciū ē ꝙ & pt ꝺ quo facere magnū eo ñ rarefacto nec aliq̄ addito. Quartū ꝙ deus pt & magno facere puū eo ñ ꝯdēsato & nullo inde ꝺtracto. Sz ꝺ istud est doctor cōis in sūma pte p̄ma. q. xcij. arti. iij. in solutiōe primi argumēti. vbi sic ait. Quidā dicunt p multiplicatiōez materie ablq; alterius additiōe formatū fuisse corpꝰ mlieris. s. eue ad modū q̄ deus

Prima cōclusio

2

Opīo thome.

UVA. BHSC. IyR_066

quinq; partes multiplicauit. sed hoc est oīmi
1 no impossibile. qr mltiplicatio ꝑdicta aut ac/
cidit ꝑm trāsmutatōez substātie ipsi⁹ materie
aut ꝑm trāsmutationē dimensionū ei⁹. Non
ꝑm transmutationē substantie ipsi⁹ materie.
tū quia materia in se ꝯsiderata est oīno in/
trāsmutabilis. vtpote existēs in potētia z ha/
bens solū rationē subiecti. Et ideo nullo mo
do potest multiplicatio materie intelligi ea/
dem materia manēte absq; additōne. nisi ꝑ
hoc ꝙ maiores accipiat dimēsiones. hoc aūt
est rarefieri. vt dicit ph̄s. iij. phisicoꝝ. Dice
re ergo materiā multiplicari absq; rarefactio
ne. est ponere ꝯtradictoria. s. diffinitionē abs/
q; diffinito. Unde cū nō appareat rarefactio
in talibꝫ multiplicatōnibꝫ necesse est ponere
additionē materie. Hec sunt verba istius do
Cōfirma ctoris fideliter recitata. Et istud ꝯfirmant
2. aliqui sequētes istū doctorē sic. Impossibile
est totū equari parti. qr oīe totuꝫ est maius
sua parte. sed costa ade equabat ꝑm materiaꝫ
3 alicui parti coꝝpis eue. ergo non equabit ꝑm
materiam toti coꝝpori ipsi⁹ eue. P. dꝰ nō
potest facere coꝝpus mixtū sine materia. ergo
pari ratione nō potuit facere tm̄ coꝝp⁹ sine tā
4 ta materia. P. isto modo ex materia que ē
in grano milij posset fieri tot⁹ mund⁹. qđ est
5 Thomā incōueniēs vt isti dicūt. Sz ista ꝓtra p̄di
z seqces ei⁹ ctā ꝯclusionē nō ꝯcludūt. Quia dꝰ sua actō
1 ne potest imediate ꝓducere essentiā materie.
z per ꝯsequens tanq; plenū habens dominiū
sup ipsa essentia materie ꝑt quāuiscūq; modi
cam materiā informare sine rarefactōne quā
2 uiscūq; magna quātitate. P. quādo aliq
sunt oīno indifferētia. tūc ab eo qui habet
plenū dominiū sup ea equalis quātitas ꝑt ī
vtrūq; induci salua similitudine in raritate z
densitate. sed materia que est sub grano milij
z materia maioris montis tot⁹ mūdi ꝯside/
rate ꝑm suā essentiā sunt oīno indifferētes.
cū in pura potentia nulla discernat differen/
tia seu distinctio. vt patet. ij. methaph̄i. act⁹
em̄ est qui distinguit. vt dicit. iij. de aia. ergo
per potentiā dei salua similitudine raritatis z
densitatis ꝑt quātitas illi⁹ montis induci in
materiā grani milij. P. actiones diuerse ꝑ
3 essentiā possunt diuīa ꝑtute abinuicē separi.
sz extēsio z rarefactio eiusdē materie sunt diū
se actōes essentialiter z realiter differētes. g̃ si
ne rarefactōe poterit dꝰ ipaz materiā extēdere
Cui⁹ oppositū assumit iste doctor ī sua ꝓba
tione Maior patet. ꝓbatio minoris. qr essen
tialis ratio actionū sumit a terminis. vt pa/
tet. v. phisi. Sz termin⁹ extēsionis q̄ ex quo
fit magnū est ī ꝑdicamēto q̄stitatis. z termin⁹
rarefactōis q̄ de densо fit rarꝫ est ī ꝑdicamēto
q̄litatis. Et ꝯfirmat. qr pri⁹ ꝑtute diuina
ꝑt separi a posteriori. sz q̄stitas est ꝓpr q̄lita/
te. g̃ extensio vl' augmētatio eiusdē materie q̄
terminat ad q̄stitatē. ꝑt ꝑtute diuina separi a
rarefactōe q̄ terminat ad q̄litatē. His pre
missis rñdendū est rationibꝫ istoꝝ doctoruꝫ
Ad primū igit̄ dico ꝙ istud fit ꝑm trāsmu
tatōez dimēsionū materie. Ad ꝓbatōnez cū
dicit ꝙ eādē materiā esse sb maioribꝫ dimēsi/
onibꝫ ē rarefieri. dicēdo ꝙ licet istud sit verū
loq̄ndo d̄ actōe agētis natural' qđ ī eādē ma/
teriā n̄ ꝑt inducere maiorē extēsionē nisi indu
cendo maiorē rarefactōez. tm̄ nō est vez loq̄n
do de actōe diuīa q̄ dꝰ ꝑt in eandē materiā in
ducere maiorē q̄stitatē vl' extēsionē nō indu/
cēdo maiorē rarefactōez. Nec ex h̄ ponit̄ dif
finitio sine diffinito. qr cū ph̄s dicit eādē ma
teriā habere maiorē extēsionē est rarefieri. ipe
ibi describit rarefieri ī ordie ad actōez agentis
natural'. z iō nō est ad ꝓpositū. Etiā iste do/
ctor assumit vnū dubiū in h̄ ꝙ dicit materiā
intrāsmutabilē esse ꝑm se. qr vt sic habet rōez
sbiecti. totū em̄ ꝑ oppositū de ꝑz dici. qr ma
teria vt habet rōez sbiecti. sic ē ꝑpe trāsmuta/
bil'. vt sic em̄ eadē manēs trāsmutat d̄ vno ꝯ/
rioꝝ ī alterꝫ. vt patet. i. phisi. Ad scām ne/ Ad. 2.
go minorē. qr materie ꝑm se nec cōuenit ꝙ sit
eqlis vl' ineqlis. h̄ em̄ ꝓpriū est q̄stitatis. z iō
n̄ ꝯuenit materie nisi ꝑm qđ ē quāta. Et qr ꝑ
potētiā dei ī eadē materia ꝑt ee successiue alia
z alia q̄stitas. z alia z alia extensio. iō materia
ptis ꝑt esse eqlis materie toti⁹. si in hmōi ma
teriā in q̄ nūc est q̄stitas ptis. postea virtute
diuina inducit̄ q̄stitas toti⁹. Alias sic inueni
tur. Ad secūdū nego minorē. qr sicut ꝓbatū
est supra. deus ꝑt materiā informatā minori
q̄stitate subijcere maiori quātitati absq; rare/
factione. ideo ꝑ dei potētiā fieri potuit vt ꝑs
coꝝporis ade equaret ꝑm materiā toti coꝝpori
ipsi⁹ eue. Ad tercīū nego ꝯsequentiā. facit Ad. 3.
em̄ dꝰ tm̄ coꝝp⁹ quantā inducit q̄stitatē ī ma
teriā diuine factioni subiectā. Ad quartū Ad. 4.
ꝯcedo ꝯsequentiā loq̄ndo d̄ potētia dei. qr ea po
tentia q̄ ꝑt mūdū facere de nihilo. etiā ꝑt mū/
dū facere de vno milij grano. Est etiā q̄dā Alia opio
opinio q̄ alterꝫ tenet extremū dicēs. ꝙ virtute
agētis naturalis ꝑt fieri in eadē materia ma/
ioꝝ q̄stitas etiā manente equali rarefactione.
Qđ ꝓbant sic. Ponūt enim ꝙ minimum
ignis coꝝrūpat̄ in aerē. tūc vt dicūt coꝝrūpit̄ ī

UVA. BHSC. IyR_066

minimū aeris. Tūc ſcdo ponūt q illud minimū aeris corrumpat in ignem. tunc vt dicūt ex eo generant xcē minima ignis. qz ſicut ex vno pugillo aeris fiūt xcem ignis. ſic ex vno minimo aeris fiūt xcē minima ignis. ⁊ ſic de primo ad vltimū ex vno minimo ignis facta ſunt xcē quoz qlibet eſt tm q̄tū erat primū minimū ignis. qz nō eſt dare min⁹ minimo. Et p idē pbant q primū minimū ignis non potuit corrūpi in min⁹ q̄ in minimū aeris. qz ſi dat oppoſitū tūc eſt dare min⁹ minimo.

Cōma eū. Sz nec iſtud valet. qz aug⁹. x. ſup gen. lo quens de potētia naturalis agētis ꝓtra terꝙl lianum ſic ait. Quid aūt abſurdi⁹ q̄ putare maſſam cuiuſpiā metalli ex aliq̄ ſui pte creſce re poſſe niſi xcreſcat ī altera. vel augeri latitu dine niſi groſſitudie minuat. aut vllū eſſe corpus manēte nature ſue q̄ntitate qđ vndiqz cre ſcat niſi rareſcat xc.

Solutio rationis. Ad rationē eoz dicen dū q intelligēdo p minimū ignis vl p mini mū aeris illud qđ eſt tāte quātitatis qđ ſepa tū a ſuo toto retinet nomē ⁊ ſpeciē ſui toti⁹. eſt tn̄ ita modicū q ſi min⁹ fieret imediate corrū peret. tūc falſū aſſumit cū dicit. q ex minimo ignis corrupto generat minimū aeris. qz ille aer q̄ generat ex minimo ignis nō eſt tāte q̄n titatis q poſſit per ſe in ſpecie aeris ſubſiſtere. q̄ntitas em̄ ei⁹ eſt ſubdecupla ad q̄ntitatē mi nimi ignis p̄corrupti. vñ ſolū habet eſſe put alteri aeri ꝓiungit. Et cū dicit q nō eſt dare min⁹ minimo. Dico q licet nō poſſit minus minimo dari quoz vtrūqz p ſe poſſit ſbſiſtere tn̄ minimo potēti p ſe ſubſiſtere pt dari min⁹ nō potēs p ſe ſubſiſtere. Sicut em̄ in augmē to ꝓpre dicto etiā minima ps aucti ē aucta. vt dicit p̄mo de generatōe. qđ vtqz vez ē lo quēdo de partibꝰ q̄ dicunt ptes formales. in quibꝰ. ſ. ſepatis a ſuis totis p̄t manere forma toti⁹. Et tn̄ illud additū quo minima ps au cti augeret eſt min⁹ illa minima pte. qz eſt ps materialis q̄ nō poſſet ī ſe ſeruare formam et ſpeciē priſtinā ſi ſepareť a toto. Q3 aūt ſit mi nus illa minima pte patet. qz alias totū au ctum eſſet in duplo magz q̄ fuerat anteqz au gereť. cui⁹ oppoſitū videm⁹ ad ſenſum. Sic etiā in ꝓpoſito poterim⁹ dare min⁹ minimo Dato igit q ille aer q̄ genit⁹ eſt ex minimo ig nis corrumpat ⁊ itez generet ibi ignis. tūc nō generabunt xcē minima ignis. ſicut iſti vo lebant ꝓcludere. ſz tantū vnū minimū ignis

Secunda ꝓcluſio Secūda ꝓcluſio eſt q nō ſolū xcus facere potuit. vez etiā de facto formauit corp⁹ Eue de coſta Ade ſine additione alicui⁹ materie. Quia xtur oppoſitū. tūc corp⁹ eue magis p prie ⁊ vere diceť formatū de illa alia materia q̄z de ipa coſta. Falſitas cōſequentis patet. qz ſacra ſcriptura dicit illud corpus formatum de coſta. ⁊ nō facit mētionē de aliqua alia ma teria. patet etiā ꝓſequentia. qz res ex diuerſis cōpoſita nomē capit ab eo qđ magis abun dat in hmōi cōpoſitione. vt patet p̄mo phi ſicoz Sz ſi exceſſus magnitudinis corporis Eue reſpectu illius coſte fuiſſet ratione addi te materie. tūc materia addita multo maioz fuiſſet ipſa coſta. quia tantū illa materia exce deret coſtam. quantū corpus Eue in magni tudine exceſſit ipſam coſtam. Nam tantum corpus Eue excederet coſtam quantū de illa materia adderet ſuper eam. Et iſta cōclu ſio eſt expreſſe de intentione Hugonis de ſa cramētis libro ſexto capitulo penultimo. vbi ſic ait. Porro q de coſta viri corpus mulieris factum dicitur. ita intelligendum eſt. vt dō ſo la ipſius coſte ſubſtātia ſine omni extrinſeco addito per diuinam potentiam in ſemetipſa multiplicata idem corpus factum credatur.

Inſtantia Iſta etiā eſt intentio magiſtri. ſicut patet hic in littera. Forte dicetur q predicta co ſta vel fuit ſuperflua in Adam vel neceſſaria Non poteſt dari primum. quia deus ⁊ natu ra nichil faciunt fruſtra. vt dicitur primo de celo ⁊ mūdo. Si fuit neceſſaria. tunc non de buit auferri ab eo. quia per ablationem eius qđ eſt neceſſarium alicui diminuitur eius p fectio. ad am vero debuit eſſe perfectus homo ergo xc.

Solutio Dicendum q ſicut ſemen eſt ſup fluum reſpectu individui. eſt tamen neceſſa rium reſpectu ſpeciei. ſic iſta coſta fuit quan tum ad individuū ſuppoſitum ade ſuperflua. ſed ꝓ mulieris formatione. ⁊ per cōſequens ꝓ ſpeciei conſeruatōne non fuit ſuperflua. ſed fuit quodāmodo neceſſaria. Et quia de⁹ eſt vniuerſale agens non ſolum reſpiciēs in diuidui productionem. ſed etiā ſpeciei cōſer uationem. ideo xcuit ipſum cum viro pdu cere illud ꝓ quo mulierem formare voluit. vt etiam vir et mulier amicitie ſignum accipe rent ex eorum corporali formatione qua mu lier xſcendit a viro.

Ad princi pale argu. Ad argumentū prin cipale dicendum ad maiorē. q per agens na turale non poteſt fieri aliquid ex aliquo. niſi qđ eſt in eo ſm̄ potentiā naturalem. ſed ſicut iam dictum eſt tale corpus non fuit in coſta potentia naturali. ſed obediētiali.

Diſtinctio xcimanona

UVA. BHSC. IyR_066

Olent queri plura. Postq̄ magister tractauit de hominis ad esse productione. in ista decimanona distinctione determinat de hominis in esse cōseruatione. Et diuiditur in duas partes. Quia primo tractat de his que spectant ad perfectionē individui puta de primoꝝ parentū immortalitate. Secundo de his que spectant ad ꝯseruationē speciei puta de generationis fecunditate dis. xx. ibi. Post hec cōsideranda dū ꝛc. Prima in duas. quia primo tractat de immortalitate hominis quā habuit in statu innocētie. Secūdo de immortalitate quā habebit in statu glorie. ibi. De hac vero. Prima in tres. Nā primo p̄mittit ea que ad p̄sens sunt dicēda. Secundo tractat de p̄dicte immortalitatis potētia. Et tercio de eiusdē immortalitatis causa. Secūda ibi. Primus igit̄ homo. Tercia ibi. Solet hic queri. Et hec in duas. Quia primo ostēdit q̄ in statu innocētie causa immortalitatis humane erat fructus ligni vite. Secūdo inquirit vtrū sine illo fructu hō potuisset semp viuere. ibi. Sz adhuc q̄rit. Et hec est inīa istius distinctionis in generali. circa quā q̄ro i speciali

Trum primus homo ex virtute creationis diuine acceperit esse immortale. Et videt q̄ non. quia oīe cōpositum ex cōtrarijs necessario est corruptibile ꝛ per ꝯsequens mortale si est res viua. sed primus hō fuit cōpositus ex contrarijs. g̃ ꝛc. maior patet i lib. de generatione ꝛ i multis aliis locis naturalis phie. minor silr patz. qz i cōplexione primi hois fuerūt qualitates elemētoꝝ q̄ sunt ꝯtrarie. Cōtra. sapientie. ij. dicit. Deus creauit hoiez inexterminabilē ꝛ ad imaginē similitudis sue fecit illū. iuidia aūt dyaboli mors introiuit in orbē terraꝝ. Dic q̄tuor sunt videnda. Primo q̄d sit creatio. Secūdo vtrū aīa intellectiua p̄ducat p solā creationē.

Tercio vtrū secūda agentia coopent̄ deo in aliq̄ re p̄ductione. Et q̄rto vtrū primus hō semp immortalis fuisset. dato q̄ in statu innocētie i q̄ deus eū creauit stabiliss pmānisset.

Articulus primus

Quātum ad primū

esset distinguendum de creatione que dicitur actio. ꝛ de creatione q̄ passio dicit. ꝛ quo creatio p̄t accipi p actōe imanēte i creante. ꝛ quo p actōe trāseūte. Sz qz ista intēdo tractare infra circa distinctiones decimāseptimā. iō ad p̄sens q̄tū ad istū primū articulū p̄cise de duobus inquirā. Primo. s. vtrū creatio sit aliq̄d in ipa creatura. Secōdo q̄d sit. Et sm h̄ ponā duas cōclusiones. Prima ē q̄ creatio vt ē in creatura ē aliq̄d reale. qz illud cuius termin9 ē realis oportet q̄ sit aliq̄d reale. sz p se terminus ipius creatōnis ē ens reale puta ipsa creatura. Prima cōclusio

Ꝑ. actio trāsiēs ab agēte realī ē aliq̄d reale. sz creatio ē hmōi. qz p creatōem de9 ꝯstituit aliq̄d extra se 2

Ꝑ. oīe ꝓductū reale p̄supponit ꝓductōem realē. sz creata cuius ꝓductio ē ipa creatio est ꝓductū reale. g̃ ꝛc. 3

Sz cōtra istud est q̄dā opinio q̄ dicit q̄ creatio nihil ponit realiter in creata. Probatōes istius opinionis nō vidi. Poterāt tn̄ poni illa opinionē mouere istos motiuis Qz si creatio esset aliq̄d reale i creata. tūc ipsa creatō esset creata. cōtia patz. Probo falsitatē ꝯsequentis. qz cū oīs creata creet si ipa creatō esset creata tūc ipa creatō crearet. ꝛ sic creatōis esset creatio. ꝛ h̄ in infinitū. Opinio q̄ creatio nō sit aliq̄d. 1

Ꝑ. oīe q̄d ē i creatura vl̄ est sba. vl̄ accidēs. sz creatō nō est sba. cū nec sit materia nec forma nec cōpositū. i q̄ sufficiēter diuidit sba. vt patet. ij. de aīa. Nec ē accidēs. qz oē accidēs p̄supponit suū subiectū. creatō aūt nihil p̄supponit Ꝑ. si creatō poneret aliq̄d i creata. h̄ maxie videret esse relatio creature ad creatorē. sz h̄ nō. qz q̄diu manet creata tā diu fundat hmōi relatōem. ꝛ sic seq̄ret q̄ creata semp crearet q̄diu maneret in creato esse. q̄d ē impossibile. 2

Sz ista nō ꝯcludūt. igit̄ ad p̄mū dō. q̄ ꝯsequens nō est falsum. Ad p̄batōem dico. q̄ sic relatio refert nō tn̄ refert alia relatōe. vt patz p philc. in metha. sua. Si em̄ relatō referret alia relatōe. tūc vel relatio create ad deū nō eēt creata. vl̄ aliq̄ creata nō referret ad deū. vl̄ esset ꝓcessus i infinitū q̄ oīa falsa sūt. Dic relatō igit̄ nō refert alia relatōe. sic creatō nō creat alia creatōe. Stricte etiā loq̄ndo dō creata inq̄tū creata ē aliq̄d i se sbsistēs. sic negāda ē ꝯsequentia. qz vt sic creatō nō est q̄d creatū sz ꝯcreatū. Ad ꝯtra dō. Cōtra opinionem. Solutio. Ad. 1.

Ad secōm dō. ad minorē p interemptōem. qz creatō sbe aliq̄ mō p̄t dici sba. accidētis accidēs. Ul̄p̄t negari maior qz creatō ē idē q̄d esse rei create. q̄d q̄dē esse nō ē accidēs cū sit p ꝓductōem i p̄dicamēto sbe. nec tn̄ p̄pe recipit p̄dicatōem sbe. sic p̄uct9 nō ē q̄ntitas q̄uis ꝓducat ad gen9 q̄ntitat̄. p̄ut supl9 declarauī. Ad. 2.

Ad tercīū patebit i secūda ꝯclusione imediate sequēti. Dico igit̄ secōdo q̄ creatio est idē q̄ esse creature. Quia q̄uis creator p ducat totā creaturā cōpositā ex esse ꝛ essentia ptes tn̄ ꝓducit ꝓductōe totius isto modo. q̄ esse ꝓducit in essentia ꝛ essentiā sub ipo esse. ita Ad. 3. Secūda cōclusio.

UVA. BHSC. IyR_066

q essentia q̄si subiicit creatoi z esse termiat creationē. igit creatio est ipm esse. put ipm esse p
1 ducit in essentia virtute creatois. P. illud qđ ꝓprie ꝺcipit esse pfectō essentie p creatōez pducte. h̄ est realiter idē qđ esse. creatio ē huiusmodi. Nā in h̄ differt actio transiens ab immanente. qz est pfectio nō agētis. sed acti.

Instantia Forte dicet q eadē rōe sequit q creatio sit pfectio ipsi⁹ esse sicut ipsi⁹ essentie. qz non minus creat ipm esse q̄z ipsa essentia.

Solutio. R̄ndeo q nō est simile. q̄uis em creet tā esse q̄z essentia. esse tn̄ creat vt pfectio quedā. sed essentia creat vt q̄d pfectibile. Cū igit pfectōis nō sit pfectio. sz pfectio ē ipsi⁹ pfectibilis. igit actio transiēs q̄ est creatio q̄uis sit pfectio ipsi⁹ es-
2 sentie. nō tn̄ erit pfectio ipsi⁹ esse. P. illud qđ ꝓprie est act⁹ entis in actu fm q in actu h̄ est ipm esse. creatio est hmōi. Nā in h̄ differt a motu. qz in motu acq̄rit ps post partē. et in motu sic est aliq̄d acq̄sitū qđ semp restat aliq̄d acquirendū. ideo mot⁹ est act⁹ entis ī potentia fm qđ in potētia. vt patet in phisi. Ecōtrario aūt creatio est tota simul. nec p ipaz ps post partē ipsi⁹ rei ponit in esse. sed simultanee res p ipaz pfecte pducit. ideo p oppositū ad ipm motū creatio ꝓprie dicit act⁹ entis ī actu fm q est ī actu. Alias inuenit addita talis ratio. Quia pductio simplex z instantanea ē idē realiter cū suo formali termino. Sz creatio est simplex pductio z instātanea. z esse rei create est formalis termin⁹ creatōis. ergo rē. Maior patet discurrendo p singulas hmōi pductōes. Minor etiā patet. qz creatio n̄ est actio corporea: nec successiua. Q3 etiā esse sit formalis termin⁹ creatōis. patet p autorē de causis qui ait. q prima rez creatarū est esse.

Opio cō/trania Sz ꝓtra istā ꝺclusionē est quedā opinio q ponit. q creatio sit idē qđ tota creatura. Qz in oīm pductōe vt dicūt. pductio est idē realiter cū termino pductōis. sed creatio terminat ad totā creaturā. Sed quia maior isti⁹ rationis pati videt instantiā de ipo motu igit pbant isti q oīs motus sit idē realiter
1 cū suo termino. Quia q̄ncunq; aliqua differunt fm essentias absolutas illa deus potest abinuicē separe. sed si albedo z dealbatio differrent realiter. tūc differrēt re absoluta. ergo deus posset facere dealbationē sine albedine. z albedinē sine dealbatōe. qđ videt ꝓtradictio-
2 nē implicare. P. si mot⁹ differret re absoluta a forma q̄ terminat motū. tunc naturaliter pri⁹ esset mot⁹ cōpletus q̄z ipa forma esset cōpleta. sed hoc est impossibile. qz tunc cessante motu adhuc forma moueret ad suū cōplemētum. P. istud dicūt esse intentionē cōmentatoris. qui. iij. phisicoz. cōmento. xiij. ait. q mot⁹ vno modo accipit p forma fluēte. alio modo p fluxu forme. Prim⁹ aūt mod⁹ est verior. Secund⁹ vero est famosior. Itez in eodē cōmento. xiiij. ait. Vta in generatōnibꝫ est de specie ei⁹ ad qđ est. Sz isti cū h̄ q cōclusionē mihi dubiā ponūt. etiā ipaz insufficienter ꝓbant. P. primo igit arguā ꝓtra p/batōes illi⁹ maioris. Et dein de coz motiuis rn̄deb̄o. P. primo sic. Illa que sic se habent
1 q fm suas ꝓprias eoz entitates nunq; patent esse simul. illa nō poterūt esse idē realiter Sz mot⁹ z termin⁹ ad quē est mot⁹ sunt hmōi huiusmodi. Maior patet. qz esse idē necessario ꝓsupponit esse simul. Minor sit⁹ patet. qz sicut nunq; ꝓtingit termin⁹ nisi pficiat via. sic nūq; termin⁹ mot⁹ est acq̄sit⁹ nisi desinat motus. Q3 g̃ illa sint idē realiter oīno. quoꝝ vno existēte alterz esse nō pt. z q̄z vni⁹ dēsitio est alteri⁹ ī esse positio. videt ē ꝓplicatio ꝺictionis P. ens formal⁹ successiuū differt re-
2 aliter ab ente formal⁹ pmanēte. Sz mot⁹ est ens formal⁹ z essential⁹ successiuū z termin⁹ mot⁹ ē formal⁹ z essentialiter pmanens. g̃ rē.

P. q̄ sic se habēt q vnū ꝺe habet ptes ex q̄/
3 bus realiter cōponit q̄ qdē ptes nūq; poterūt esse simul. alterz vero nō habet ptes. vl si habet oēs sue ptes sūt simul. illa nō pnt esse idē realiter. Sz mot⁹ z termin⁹ mot⁹ sūt hmōi. ergo rē.

Instantia Forte dicet q ego ꝺtradicā p̄me rōi quā feci p ista sc̄da ꝺclone. Uirt⁹ em illi⁹ rōis in h̄ stat q iō creatio est idē qđ esse rei create. qz cē est ꝓpri⁹ termin⁹ creatōis.

Solutio R̄ndeo q h̄ nulla est ꝺictio. qz creatio n̄ est mot⁹. habet em oppositas ꝺitōes ad motū. vt ī tercia rōe declarat.

Ad rōez Ad rōes eoz dd. q maior sic vnā saliter sūpta nō ē ṽa. z sp̄aliter est falsa ī ꝓposito. qz dato q pductio sit idē q termin⁹. n̄ tn̄ est idē qđ termin⁹ total. Sz est idē qđ termin⁹ formal. Si em actio trāsiēs esset idē realiter cū ipo termino totali. tūc idē trāsiret in seipm realiter. Et qz isti loquunt de termino totali. iō z falsū assumūt. z ad ꝓpositū nō arguūt.

Ad.1. Ad primā ꝓbatōez de motu dicēdū q de⁹ bn̄ posset si vellet facere albedinē sine dealbatione q̄ est mot⁹. cū ipe agat sine motu z transmutatōe. etiā posset facere motū dealbatōis ex quo nihil de cōpleta entitate albedinis ī esse poneretur. Cum ergo solum completa albedinis entitas sit terminus dealbationis. ideo de⁹ potest separare motū a suo termino.

UVA. BHSC. IyR_066

Et ex hoc patet ꝙ ambabꝰ ꝓmissis ꝰcessis cō
clusio nō est falsa. qz loquēdo ꝓprie de termi
no dealbatōis q̄ est albedo ꝓmanens z cōple
ta. tūc nō solū deꝰ potest ista separe. vez etiaz
naturaliter sunt simul incōpossibilia. qz ter
minꝰ motꝰ nunq̄z in esse ponit nisi motus ꝑm
se z ꝑm oēs suas ptes desinat z corrumpat.

Etiā maior nō est vniuersaliter vera. ma
xime de talibꝰ absolutis q̄ cōnotant aliquos
respectꝰ. Nā quāuis figura sit entitas absolu
ta. cū sit quarta species qualitatis. nulla tñ po
tentia fieri potest figura sine omni quātitate.
eo ꝙ dicat qualitatē sub habitudine ad ipaz
Ad.2. quantitatē. Ad secūdū dicendū ꝙ cōcessa
ꝰequētia ꝰequēs nō est falsum. qz naturali
ter oportz ꝙ via cōpleat anteq̄z terminꝰ attin
gat. Ad ꝓbationē dico ꝙ ista ꝓpositas natu
re stat cū simultate tpis z duratōis. z ideo ñ
oportet ꝙ motu cessante adhuc forma moue
atur. qz motꝰ nec cessat prꝰ duratōe q̄z termi
Ad.3. nus sit acq̄situs. sz solū prius natura. Ad
terciū dico ꝙ dato ꝙ motꝰ sit forma fluens ex
hoc tñ nō sequit ꝙ sit idē cū termino. sz magz
sequit oppositū. qz terminꝰ nō est forma flu
ens. sz est forma ꝓmanens. Nec ꝑm dictū cō
mentatoris est ad ꝓpositū istoz. qz non dicit
cōmentator de identitate reali z numerali sz
specifica. nō est aūt incōueniēs vt forma incō
pleta ꝓcedens terminū. z forma cōpleta q̄ est
ipe terminꝰ sint eiusdē speciei. qz pfectū z im
Alia opio pfectū possunt esse in eadē specie. Etiā con
tra ꝓdictā ꝰclusionē sunt alij q̄ dicūt ꝙ creatō
1 sup terminū creatōnis addit rē absolutā. Qz
creatio est ꝓductio absoluta differens a ꝓduc
to. ergo addit rē absolutā sup ipm ꝓductū.
ꝰequētia patet. ꝓbaꝭ antecedēs q̄z tū ad am
bas suas ptes. ꝙ em̄ sit res absoluta patet. qz
ꝓductio rei absolute est absoluta. ꝙ aūt differ
at a ꝓducto patet. qz ꝓducto posito i esse ces
sat creatio. vnde si creatio nō differret a crea
2 to. tūc creatū ꝰtinue crearet. ℟. si idez esset
creatio z creatura. tūc destructa creatura deus
nō posset eā eandē numero repare. qz nō repa
ret eā eadē creatōe qua ꝓmo ipam creauerat.
z ꝓ ꝰequēs postq̄z esset creata ipa esset idē re
aliter alteri creatōi q̄z prꝰ. ꝓpter qđ nec ipsa
natura creata posset esse eadē. qz sicut illa que
sunt eidē eadē sunt eadē inter se. sic illa q̄ sunt
3 diuersis eadē sunt diuersa inter se. ℟. crea
tio nō potest addere solū respectū sup ipaz rē
creatā. ergo addit rē absolutā. ꝰequētia patz
ꝓbaꝭ antecedēs. qz ꝑm ph̄m. viij. methaphi.
nō est possibile oīa dici relatiue. sz si creatio
adderet solū respectū super substantiā rei sine
absoluto accidere in q̄ talis respectꝰ imediate
fundaret. tūc oīa necessario dicerent relati
ue. Sz nec ista ꝰcludunt. qz si creatio ad
deret rē absolutā sup creaturaz illa crearetur
alia creatōe. z ire in infinitū. ℟. si ab ipsa
actōe seu ꝓductōe seqstrant tā motꝰ q̄z muta
tio. tūc nō remanet nisi terminꝰ actōnis cum
respectu ad ipm ꝓducēs. sed creatio ꝓprie lo
q̄do nec est motꝰ nec mutatio. sz ē simplex
emanatio. vt patuit superꝰ circa finē ꝓmi li
bri. igit ad suū terminū formalē nō addit ali
quā rē absolutā. sz solū respectū ad creatorem

Contra opinionem 2

Propter ꝗ bene dicit doctor noster in tra
ctatu de esse z essentia. q. vij. ꝙ esse creatio z cō
seruatio z terminꝰ creatōis q̄tū ad rē signifi
catā idē sunt. z solū quibusdā respectibꝰ ꝰno
tatis abinuicē differūt. Nā eadē res ꝰsidera
ta vt est aliq̄d in se sic dicit esse cōsiderata vt
ab alio inchoata. sic dicit creatio actio. z loq̄t
de creatōe vt est actio trāsiens. nā ꝓut est ma
nens in agēte sic est ipm velle diuinū. sz vt est
inchoata in alio sic est creatio passio. vt autē
est ꝰtinuata ab alio sic est ꝰseruatio actio. ꝓ
ut vero est ꝰtinuata in alio sic est cōseruatio
passio. sz vt est inducta in in stāti z tota simul
sic est terminꝰ creatōis. Uñ oīa ista idē sunt
re q̄uis differāt ratione. ℟. nō magis vi 3
det addere creatio sup rē creatā. q̄z ꝰuersio su
per illud in qđ aliq̄d ꝰuertit. Sz ꝰuersio nō
addit aliquā rē absolutā. qz alias corpus ꝓpi
tiōs mutaret ꝑm entitates absolutas quo
tiens in ipm virtute sacramētaliū verboz cō
uertit substātia panis. qđ oīno est inconue
niens. Ad primū dicendū ꝙ si intelligit
ꝓ ꝓductū formalē termini ꝓductōis tūc ante
cedēs est falsum. qz vt sic creatio est idē qđ ꝓ
ductū. qz dicit ipm esse vt ab alio inchoatuz.
qđ quidē esse est formalis terminꝰ creatōnis.
esse aūt vt inchoatū nō addit ad ipm esse nisi
solū respectū ad inchoantē. Ad ꝓbationē di
cendū ꝙ creatio nō cessat q̄tū ad rē. sz quātū
ad nos appellatōez. qz illud idē qđ ab exor
dio dicebat creatio cū esse rei fuit inchoatuz.
postea dicit ꝰseruatio cū fuerit ꝰtinuatū. Be
atus etiā augustinꝰ nō reputaret inconueniēs
dicere ꝙ creatura ꝰtinue creat. Sicut enim
lumē aeris non potest manere nisi ad ꝰtinuā
ꝑsentiā solis. ideo aer nō solū ꝑsente sole dici
tur illuminatꝰ. sz etiā ꝰtinue dicit illuminari
sic qz creatura ad ictū oculi nō ꝑt subsistere ni
si actōne sui creatoris sustenteť. ideo augusti
nus sup gen̄. ad lram. nō solū ait creaturam.

Nota egi/dium

Solutio Ad.1.

Ad ꝓbati onem

UVA. BHSC. IyR_066

esse creatam. vel etiã cõtinue dicit eã creari.

2 Ad scõm nego cõsequentiã. Ad pbationẽ dico q̃ quis ea q̃ sunt diuersis absolutꝫ eadẽ sint diũsa inter se. tñ si aliq̃d vicissim ẽ idẽ diuersis respectib⁹. nõ oportet q̃ sit diũsum in se. Eadẽ em albedo pt fundare diũsas relatões vicissim. vl etiã simĺ aq̃b⁹ nõ differt realiter. q̃uis ipa i se sit vna z indistincta. cũ igit creatio sup esse rei nõ addat nisi respectũ. ideo zc.

3 Ad terciũ nego antecedẽs. Ad pbationẽ dicẽdũ q̃ q̃uis fm pḣm nõ oia dicant relatiue relatõe mutua ad se inuicẽ. pḣs tñ nõ negat quin oẽ pductũ referat ad suũ pducẽs vt patet. v. methaphi.

Articulus secundus.

Quantũ ad secũdũ

articulũ dico breuiter q̃ aĩa intellectiua pducit̃ sola creatõe. Qz forma substãtialis ñ educibilis de materia est sola creatõe pducibilis. sz aĩa intellectiua est hmõi. g̃ zc. Maior patet. sz minor pbata est supius dist. xvij. P. oẽ generabile ẽ corruptibile. sz aĩa intellectiua est incorruptibil̃. ergo z ingenerabil̃. z per cõsequẽs solũ creabil̃. Maior patet pmo d̃ generatõe. minor patet. iij. d̃ aĩa. P. forma q̃ ab extra p agẽs sepatuz introducit̃ illa creat. aĩa intellectiua ẽ hmõi. qz. xvi. d̃ aĩalib⁹ dicit aresto. q̃ sol⁹ intellect⁹ est ab extra. qz sibi soli nit operatio sepata. s. intelligere Sz ptrariũ ist⁹ cõclusionis ponit quedã opinio a sancta matre eccl̃ia cõdemnata. q̃ ascribit̃ cirillo z luciferianis. q̃ dicebãt aniamã rationalẽ cũ corporib⁹ p coitũ seminari. Poterãt aũt isti moueri hijs motiuis. Qz hõ est homo p aniamã rationalẽ. si igit̃ talis aĩa nõ pducit̃ p generationẽ. tũc nõ posset vere dici q̃ hõ generaret.

2 P. cũ corp⁹ hominis accipiat esse p actionem generãtis. si anima nõ caperet esse p huiusmodi actõnẽ. tũc i hoĩe eẽt duplex esse. z p cõsequẽs ex aĩa z corpe nõ fieret vnũ simpliciter.

3 P. quãto pducens est perfect⁹. tanto magis pducit sibi simile. qz vt dicit̃. iiij. methaphi. pfectũ vniq̃q̃ est cũ pt sibi sil̃e generare. sz elemẽta q̃ sunt imperfectiora ipõ homine pducũt sibi simile in materia z forma. ergo z homo generat sibi sil̃e fm materiam z

4 formã P. agẽs vniuocũ dat formã z speciẽ ipi genito. sz hõ generans hominẽ est agens vniuocũ. cũ sit eiusdẽ diffinitõis cũ ipõ genito.

5 P. Gen. xlvi. dicit̃. Lũcte anime q̃ ingresse sunt in egiptũ cũ iacob z egresse sunt d̃ femore illi⁹ absq̃ vxorib⁹ filiorꝫ sexaginta sex. sed nihil egredit̃ de femoribꝫ generantis. nisi p seminis traditionẽ. P. aristoteles. xvi. de aĩalib⁹ ait. q̃ spirit⁹ qui exit cũ spermate est virt⁹ principij aie z est res diuina. z tale dicit intellect⁹. P. cõmentator. xij. methaphisi. 7
ait. q̃ impossibile est q̃ actio vni⁹ agentis terminet̃ ad formã. z actio alteri⁹ agentis terminet̃ ad materiã. Sz licet q̃q̃ verteret̃ in dubiũ que istarꝫ opinionũ melior videret̃. vt ait augustin⁹. x. sup gen. ad litterã. tñ pma ẽ ab ecclesia approbata. Secũda ẽo reprobata z odemnata. ideo tenendo primã cõclusionem. iam dictis sophismatib⁹ respondebo.

Cõtra opinionẽ.

Ad primũ dicẽdũ q̃ ad ḣ q̃ hõ vere dicat̃ generat⁹ nõ oportet q̃ forma p quã hõ est hõ a generãte pducat̃. sz sufficit q̃ materia ad talem formã suscipiendã ita sufficienter disponat̃ q̃ forma predicta hmõi materie naturaliter vniat̃. Nã ex vnione talis forme cũ hmõi materia generat̃ hõ. Cũ igit̃ actõe hois generantis materia a deo sufficienter disponat̃ q̃ si nõ ifunderet̃ aĩa ḣ esset miraculosuz. ideo zc.

Solutio. Ad. 1.

Ad secũdũ dicendũ q̃ corp⁹ nõ capit esse p se. sz corp⁹ z anima sicut ꝺstituũt vnã essentiã. sic capiũt vnũ esse. qd̃ est eẽ tot⁹ cõpositi

Ad. 2.

Ad terciũ dicendũ q̃ hõ pducit sibi simile puta hominẽ eiusdẽ speciei. sufficiẽter enim dispondo materiã. facit ad naturalẽ vnionẽ anime ratiõalis cũ humana materia. ad quã vnionẽ per se sequit̃ generatio hois q̃ est sil̃is generãti. Ad quartũ dicẽdũ q̃ ad ḣ qd̃ aliq̃d dicat agẽs vniuocũ. non oportet q̃ pducat ptes essentiales cõpositi. sed sufficit q̃ p se sit causa vnionis taliũ partiũ. ad quã vnionẽ p se sequit̃ generatio tot⁹ cõpositi qd̃ est eiusdẽ speciei cũ ipo generãte. equ⁹ em̃ n̄ pducit materiã equi geniti. sz ipam simpliciter ꝑsupponit. z tñ dicit̃ vniuoce equũ generare.

Ad. 3.

Ad. 4.

Ad quintũ dicẽdũ q̃ sic q̃q̃ p synodochen pars materiaĺ sumit̃ p toto cõposito. sic Joh. i. cũ dr. verbũ caro factũ est. aug⁹. exponit id ẽ verbũ hõ factũ ẽ. sic etiã q̃q̃ ps formaĺ sumit̃ p toto cõposito. sic gen. xxij. dixit rex sodomorũ ad abraam. Da mihi aĩas cetera tolle tibi Et sic est in ꝓposito zc.

Ad. 5.

Ad sextũ dicendũ q̃ virt⁹ existens in semine dicit̃ intellect⁹ p similitudinẽ z nõ p ꝓprietatẽ. Vñ cõmentator vij. methaphi. ait. q̃ virt⁹ que est in semine p tãto vocat̃ a pḣo intellect⁹. qz sicut intellect⁹ opatur absq̃ organo. ita z illa virt⁹.

Ad. 6.

Ad septimũ dicendũ q̃ agens naturale nõ pducit materiã. sz disponit eã ad ḣ q̃ faciat vnã essentiã cũ ipa forma introducenda.

Ad. 7.

J

UVA. BHSC. IyR_066

Articulus tertius.

Quantū ad tertiū

Prima cō clusio.

articulū dico ꝓmo ꝙ in oīm ꝓductōe rei naturaliꝫ naturaliter ꝓducte agēti cōoperantur agēti ꝓmo. Quia in ꝫ relucet bonitas diuina. ꝙ ꝯtuis dꝰ oīa solꝰ agere posset. indicit tñ secūdis causis talē ꝫtutē ꝙ secū agere possint. ꝛ ꝓpriosꝫ suos cursus talia agentia agere sinit. ꝑ. dꝰ ꝛ natura nihil faciut frustra. sꝫ frustra essent ꝫtutes actiue i rebꝫ creatis. nisi aliquo modo agere possent. ꝯ ꝛc. ꝑ. ad sensum apparet ignē calefacere ac ignire ꝛ ignez generare. ꝛ sic de aliꝯ rebꝫ naturalibꝫ Sꝫ hmōi sensibili experientia nō obstāte. fuerūt q̄ dā loquētes i lege maurorum vt rabi moyses recitat. q̄ dixerūt ꝙ res naturaliꝫ penitus nihil agit ꝓ virtutē ꝓpriā. Dicebāt em̄ ꝙ ignis nō calefacit. sꝫ deus creat calorē in re calefacta

1

2

3

Opīo cōtraria

Sꝫ qz oppositū istiꝰ opinionis ꝛ ratō dictat ꝛ sensus expiꝫ. iō nō est mihi cure arguere ꝓtra eā. Etiā auicebron in libro fontiꝫ vite nō multū dissentiēs ab errore iā dicto ait. ꝙ nulla sba corpalis agit. sꝫ tantūmodo patitur. q̄dā aūt virtꝰ spūalis pnetrās ipa corpa agit i ipis. Et ideo corpa q̄ sunt magis subtilia magꝫ apparēt nobis agētia. qz magꝫ sunt penetrabilia ab hmōi ꝫtute spūali. Istuꝫ aūt errorē ipe ꝓfirmat tali medio. Nā substātia corpalis maxie distat a deo. igit sicut ipse dꝰ ita est agēs ꝙ nullo mō patiēs. sic substātia corpalis ita erit patiēs ꝙ nullo mō agens

Auicebrō

Contra.

Substātie vero spūales cuꝫ sint medie inter deū ꝛ substātias corpales. iō sunt agētes ꝛ patiētes. Sꝫ nec istud valet. qz licet corpales substātie a deo maxie distēt. ista tñ distantia non est punctaliter eqlis in oibꝫ. sed vna plꝰ distat q̄ alia. Et iō ea q̄ minꝰ distat agere pt in eā q̄ plꝰ distat. cū sit actualioꝛ ea. Unde qz sola materia sic maxie distat a deo ꝙ nihil est inferꝰ ea. ideo q̄ꝫ p rōnez p̄dictā possit rationabiliter ꝓcludi ꝙ materie ꝑme sic cōpetit pati ꝙ nullo mō agere. ꝺ nulla tñ alia sba nec spūali nec corpali istud pt ꝓcludi p medium memoratū. qz oīa talia mediāt inter deuꝫ ꝛ primā materiā. Etiā i hac materia auicē. errauit. Quia sicut recitat cōmētatoꝛ. xij. metaphi. ipse auicē. posuit omes formas induci ab extra. ſ. ab ipa vltima intelligentia. quā appellabat datricē formaꝝ Alij aūt solū illas formas q̄ nō fiūt a sibi simili dicebāt esse a ꝑncipio separato. Et huiꝰ opinionis est ipe themistius vt ait cōmentatoꝛ. ꝛ forte vt dicit idē cōmentatoꝛ eiusdē opinionis est ipe Alphorabiꝰ. Aristoteles ꝙo. xvi. de aialibus ait. solā illā formā esse ab extra siue a ꝑncipio separato q̄ est intellectꝰ. Et ideo iuxta ꝑncipia aristotel. agentia naturalia nō sunt destituta suis opatōibꝫ. sꝫ sunt vere actiua ꝛ ꝓductiua respectu oīm formaꝝ q̄ sunt i rebꝫ de spera actuoꝝ ꝛ passiuoꝝ. sola dūtaxat excepta aīa intellectiua.

Aristotel.

Secūdo dico ꝙ qñ ab ipo deo ꝓducit res aliq̄ sola creatōe. si hmōi res creata est ꝑ subsistēs. tūc in eiꝰ ꝓductōe nulla creatura pt deo cooperari. Quia si in tali opatione deo cooperet. cū hoc nō possit esse ratōe alicuius adiuncti. oporteret ꝙ ipa creatura directe eliceret actū creatōis. qđ ad ꝑsens suppono esse impossibile. qz ꝫ intēdo ꝓbare circa p̄ncipiū q̄rti libri sniaꝝ.

Secunda conclusio.

Tercio dico ꝙ creatura pt deo cooperari in tali ope creatōis q̄ ꝓducitur aliq̄d vt incipiēs esse i alio. qz creatura ꝑt illud in q̄ tale creatū esse incipit disponere ꝛ ꝑparare ad recipiēdū hmōi creatū. Et qz sine talibꝫ dispositōibꝫ res hmōi nō crearet. ideo p̄ncipiū sic disponēs illud in q̄ creatū eē incipit ipi creatoꝛ dicit cooperari.

Tertia cōclusio.

Quātuꝫ ad quartū

Articulus quart.

articulū dico ꝙ si hō māsisset i statu innocentie in q̄ a deo fuit ꝓductꝰ. tūc aliq̄ modo fuisset imortal. Nā vt patꝫ p magrm i ista decimano na distinctōne. hō in statu innocētie habuit posse nō mori. ſi statu miserie puta post peccatū habuit ñ posse ñ mori. Sꝫ i statu glorie habebit nō posse mori. Ad argumentū ꝑncipale patebit solutio i questione distinctōis ꝓme sequentis ꝛc.

Ad p̄ncipale argu.

Distinctio vicesima.

Ost hec cōsi

derādū. Postqꝫ mgr determinauit de parētū ꝓmoꝝ imortalitate. hic determiat de generatōis eoꝝ fecunditate. Et diuidit i duas ptes. Qz ꝑ ꝓpositō ꝙ māsissent ꝓmi parētes i paradiso sine peccato. tūc mgr ꝓmo inqrit de qlitate generatōnis ꝛ parētū generātū. Scđo de qlitate ꝛ cōditionibꝫ genitoꝝ. ibi. Si ꝙo querit quales Prima i duas. Nā ꝓmo tractat de actu generatōis ꝓmoꝝ parētū. Scđo inqrit de trāsitu eoꝝ ab ꝫ mūdo i celū. ibi. De termino ꝓpis.

Sequit ista ps. Si ꝙo qrit. Et diuidit i duas. Qz ꝓmo inqrit de genitoꝝ corpali di-

UVA. BHSC. IyR_066

ſpoſitõe. Secũdo de eoꝝ mẽtali pfectõe. ibi. Et cũ de corpe. Prima diuidit in tres ptes. Qꝛ ꝓmo mgr ingrit genitoꝝ filioꝝ ſtatũ & cõditionẽ. Scdo q̃ ad h̃ adducit beati augustini dubitatõez. Tercio ponit veritat̃ determinatõez. Scda ibi. Et ſup h̃. Tercia ibi. Sz cũ aug⁹. Et hec i tres. Qꝛ ꝓmo ponit ſnã determinatõez. Scdo adducit ɔ ſe geminã dubitationẽ cuilibet dubitatõi addẽdo ſolutionẽ. Tercio ex hmõi ɔclusionibꝫ ɔcludit pdicte determiatõis ɔfirmatõez. Scda ibi. Ad h⁹ opponit. Tercia ibi. Sic igit̃ ꝛc. Jſta eſt ſnia iſti⁹ diſtinctõis. xx. in generali. circa quã quero hãc queſtionẽ in ſpeciali.

v Trũ ſi hõ mãſiſſet i padiſo ſine peccato filios genuiſſet Et videt q̃ ñ qꝛ vbicũq; i rebꝫ coꝛpalibꝫ eſt naturalis generatio. ibi ẽ natural' coꝛruptio. ſz vt dicũt doctoꝛes ſancti i iſta. xx. diſtinctõe in padiſo nlla fuiſſet naturalis coꝛruptio. q̃ nec potuit ibi eſſe natural' generatio. Maioꝛ patet. qꝛ oñe generabile ẽ coꝛruptibile. vt patet ꝓmo de celo & mũdo. & ꝓmo de generatione.

Cõtra. Beñ. i. anteq̃ hoies peccaſſent dixit eis de⁹. creſcite & mlꝫplicamini. Dic q̃t tuoꝛ ſunt videda Primo ꝺ̃ eo qꝺ querit.

Scdo vtꝫ relatio gignẽtis ad genitum ſit aliq̃d reale i ipis rebꝫ creatis. Tercio vtꝫ in padiſo fuiſſet natural' coꝛruptio. Et q̃to i q̃ pte mũdi poſita ſit coꝛpalis padiſus.

Articulus primus

Quãtum ad primũ

1 dicẽdũ breuiter q̃ ſic. Qꝛ vnũq;q̃ pfectum ẽ cũ pt ſibi ſile generare. vt patet. iij. methe. ſz hõ ſi ñ peccaſſet ñ fuiſſet min⁹ pfect⁹ q̃ poſtq̃ peccauit. cũ igit̃ poſt pctm̃ potuit ſibi ſile generare. q̃ & añ h̃ potuit. Ꝑ. diuini⁹ eſt bonũ gẽtis q̃ vni⁹ pſone. vt patet. i. ethico. Et ſm boetiũ. oñe bonũ i cõmune redactũ pulcrius eluceſcit. Cũ igit̃ de⁹ ad vniuſi decoꝛẽ nõ minus pulcre & perfecte pduxerit hoiez q̃ alia aiantia. iõ ſic pduxit eũ vt ſibi ſile generãdo

2 ſeipm̃ mlꝫplicaret. Ꝑ. ſi nõ tunc pctm̃ fuiſſet cauſa multitudinis electoꝝ. qꝺ eſt ɔtra augſtinũ. xiij. de ciui. dei. c. xiij. vbi ait. q̃ ſanctoꝝ numer⁹ quant⁹ cõplende ſufficit illi ſanctiſſime ciuitati: tantus exiſteret etiã ſi nemo

4 peccaſſet Ꝑ. de⁹ i adiutoꝛiũ viri creauit mulierẽ. vt patet gen. ij. cũ igit̃ tale adiutoꝛiũ nõ poſſit itelligi de remedio laboꝛis. tũ qꝛ añ peccatũ ñ fuiſſet aliq̃s laboꝛ. alias pena pceſſiſſet culpã. tũ qꝛ ad remediũ laboꝛis magis vale

adiutoꝛiũ viri q̃ mlier̃. q̃ ſolũ videt de⁹ mlierem in paradiſo creaſſe ad mulꝫplicatõnem plis. Sz forte dicet q̃ ꝓ tãto de⁹ mlierem creauit. qꝛ pſciuit adã peccatuꝝ & moꝛituꝝ ꝓpter peccatũ. & p ɔſeq̃ns pſciuit ipm̃ mulierem indigere. vt ſaltẽ i ſuo ſili qꝺ̃ per mulierẽ generaret ſe poſſet ɔſeruare. Quẽ ſenſũ videt tãgere Dam̃. li. ij. c. vlti. dicẽs. Sciẽs aũt pcognitoꝛ de⁹ q̃ adã ſb trãſgreſſione fieret. & coꝛruptionẽ caderet. fecit ei feminã auxiliantẽ ſibi. Jnſtantia

Rñdeo q̃ h̃ dicit dama. ꝓ tãto. qꝛ pluribꝫ modis fuit mlier neceſſaria poſt peccatũ q̃ añ peccatũ. Nã poſt peccatũ fuit neceſſaria & ꝓpter plis mlꝫplicatõez. & ꝓpter ſpeciei ɔſeruationẽ. Sz ſi ñ peccaſſet ſolo ꝓmo mõ fuiſſet neceſſaria. ergo ꝛc. Soluꝯio.

Quantũ ad ſecũdũ

Articulus ſecundus. Prima cõcluſio

articulũ pono duas ɔcluſiones. Prima ẽ q̃ nõ ois relatio eſt ens rõis. ſz aliq̃ relatões ſunt reales. & ſunt entia realia. Qꝛ illud qꝺ̃ ẽ ex natura rei oñi actu rõis circũſcripto h̃ eſt vez ens reale. ſz mlte relatões ſunt hmõi ſic patet de relatõe cauſe ad cauſatũ. dupli ad dimidiũ. & ſic de alijs multis relatõibꝫ Ꝑ. ſi ñ eſſet aliq̃ realis relatio. tũc null⁹ eſſet realis ordo i entibꝫ & periret p ɔſeq̃ns ois realis entiũ ɔnexio. Falſitas iſtoꝝ duoꝝ ɔſequẽtiũ patet xij. methaphi. ɔſeq̃ntia ꝓbat. qꝛ cũ ois ordo ſit relatio optet q̃ real' ordo ſit real' relatio. q̃ a deſtructõe ɔſeq̃ntis ſi nlla eſſet relatio realis. null⁹ poſſet eſſe ordo real'. nec p ɔſeq̃ns cõnexio. cũ ipa ɔnexio p̃ſupponat ordinẽ ɔnexoꝝ.

2

Ꝑ. ſi nõ eſſet aliq̃ relatio realis. tunc nulla eſſz realis diſtinctio. ɔſeq̃ntia patet. qꝛ vel diſtinctio ẽ relatio vl' nccãrio ɔcernit relatõez. ſz falſitas ɔſeq̃nt̃ patet. qꝛ tũc rediret erroꝝ pmenidis & melliſſi q̃ dicebãt oña eẽ vnũ & indiſtinctũ. vt patet. i. phiſi. vbi pdict⁹ erroꝝ repbat. Ꝑ. ſi nlla eſſz real' relatio. tũc piret oĩs actio & paſſio. Falſitas ɔſeq̃nt̃ patet ad ſenſũ. Probo ɔſeq̃ntiã. qꝛ ꝓter relatõez q̃ ɔſequit actõez & paſſionẽ optet p̃cedere rẽlationẽ q̃ ẽ ſm ſ̃tutẽ actiuã & paſſiuã. optet eñ eſſe ɔformitatẽ agẽtis ad patiẽs ad h̃ q̃ agẽs agat & patiẽs patiat. Juxta qꝺ̃ ait ſimplicius ſup p̃dicamẽta Neq; ſ̃tus neq; opatõ faciũt vtiq; aliq̃d i alteꝝ. neq; patiẽt aliq̃d ab altero ſi ñ pceſſit ipi⁹ ad aliq̃d aliqliter ſe habẽt̃ habitudo coaptãs. Ꝑ. piret ois real' cõpoſitõ & maxie eſſential' cõpoſitio. qꝛ ea inter q̃ nulla habitudo real' ɔcernit nullã faciũt eſſentialẽ

3

4

5

UVA. BHSC. IyR_066

cõpositionẽ. Et istud etiã est ꝛ intentõe simplicũ sup ꝑdicamẽta vbi aut. Si non adesset reb⁹ ipm ad aliq̃d. oĩa vtiq; ab oĩb⁹ distrahe
6 rent ℙ. illud qõ ꝓ se ꝯsideraꝛ i sciẽtia reali est vez ens reale. relatio est hmõi. qz ꝓportiones numeroꝝ i arismetica. magnitudinũ i geometria. sonoꝝ i musica ꝑncipaliter ꝯsiderantur. q̃ tñ oĩa sunt vere relatões. ℊ ꝛc. Sz ꝯtrariũ istiꝰ ꝯclusionis posuit opinio stoycorũ q̃ vt recitat simpliciꝰ sup ꝑdicamẽta dixerunt relationẽ nõ esse hypostasim id est nõ esse aliq̃d in rez natura. sz solũ esse iudiciũ intellectꝰ cõparantis vnã rẽ ad aliã. Quia illõ qõ aduenit alicui ꝛ recedit ab eo sine oĩ sua trãsmutatõe illud tm̃ est ens ꝑm rationẽ. rela
2 tio est hmõi. ℙ. illud qõ inuenit in oĩ ꝑdicamẽto nõ ꝑt esse ens reale ꝛterminati ꝑdicamẽti. sz relatio repibilis est i oĩ ꝑdicamẽto. vt patet ꝑ cõmẽtatoꝛẽ. ij. methaphi. ℙ
vt in se cõsideratus fuerit vna singularis persona.ꝛ vt sic ad corruptionẽ nature vt in ipo fuit singulariter suppositata nõ oporteret naturã singulorꝫ ꝛ omniũ hominũ esse vl' fuisse corruptã.tamẽ vt natura in adam fuit originale ꝛ vniuersale principiũ omniũ hominũ. sic ad corruptionẽ nature in adam sequit̃ corruptio in naturis ceterorꝫ.vt sic em̃ natura in adam habet se ad modũ superiorꝫ.in quolibet aũt alio singulari homie ab ipo ꝓpagato
Ad.5 habet se ad modũ inferiorꝫ. Ad quintuꝫ dicendũ ꝙ ipe adã bonũ siue penitẽtie nõ potuit ĩ posteros trãsfundere.qz principiũ talis boni fuit gratia ipi a deo psonaliter ꝛ vt priuate psone data.malũ autẽ originalis culpe fuit in eo vt erat principiũ ceterorꝫ.sicut etiã eius oppositũ.s.originalis iusticia sibi fuit data tanꝯ vniuersali ꝛ originali principio a quo trãsfunderet in posteros.quã quidẽ iusticiã cũ perdidit.nõ solũ ꝓ se sꝫ etiã ꝓ omĩbꝫ alijs eã perdidit.qz eo tenore quo eã recepit eodꝫ tenore eã perdidit.ꝛ per ꝯsequẽs tali perditõe infecit humanã naturã.nõ solũ vt in se psonaliter fuit.sed vt in omes alios originaliter
Ad.6. trãsfundenda fuit. Ad sextũ nego antecedens.Ad ꝓbationẽ dicendũ ꝙ vt recitat beatus augustin⁹.xx.d ciui.dei.c.xviij. Flãma ignis pueniet die iudicij.que tantuꝫ ascendet quantũ ascenderũt aque diluuij.in qua flãma omes qui tũc viuẽt supꝫ terrã morient.attamẽ qz celerrime ꝛ quasi ĩmediate resurgẽt.ideo loquit̃ de eis scriptura ac si viui manerẽt. Iste em̃ etiã in alijs locis est modus loquẽdi scripture.Dixit em̃ christ⁹.Nõ est mortua puella.ꝛ hoc ꝓ tanto.qz ĩmediate voluit ipam suscitare.Propter hoc etiã ait phs.ij.physicorꝫ. qd̃ modicũ distat ꝓ nihilo reputat intellect⁹
Ad dictũ hieronimi dicẽdũ.ꝙ hieronym⁹ nõ loquit̃ ibi fm̃ opinionẽ ꝓpriaꝫ.sed recitat
Ad.7. dicta aliorꝫ. Ad septimũ dicendũ ꝙ intentio augustini est ꝙ incarnatio verbi in ꝫ plus ꝓfuit.qz eos qui obicẽ ex sua mala voluntate nõ ponũt in altiori statu ꝯstituit.qꝫ adã sue-
Ad.8. rit anteꝫ peccauit. Ad octauũ patet ex su-
Ad.9. perius dictis.ergo ꝛc. Ad nonũ dicẽdum ꝙ dato per impossibile vel possibile ꝙ in actu generationis alicui⁹ homis nulla esset libido actualis.esset tñ in eo libido ꝛ cõcupiscentia habitualis.q̃ est derelicta in eo ab ipo peccato originali.q̃ dicit fomes peccati.ratõe cui⁹ ge-
Ad.10. neraret prolẽ infectã peccato originali. Ad decimũ dicendũ.ꝙ ambrosi⁹ ibi ꝓ spũm vite intelligit actũ spiratõis ꝛ respiratõis.qui nõ cõuenit puero q̃diu est in vtero materno.habet em̃ puer q̃diu est in matris vtero apertũ vmbilicũ.put dicũt phisici.per cui⁹ apertura coꝛ ei⁹ sufficiẽter refrigerat̃ quãuis nõ habeat actũ spirãdi ꝛ respirãdi. Et qz iohãnes repletus fuit spiritu sancto adhuc ex vtero matris vt patꝫ Luc.i.qõ verisimiliter potest credi factum fuisse cũ sex mẽses habuit in vtero matris.quãdo exultauit in vtero ad ꝓsentiaꝫ dei genitricis salutãtis matrẽ iohãnis.ideo bene potest dici ꝙ ante habuit spũm gratie iohannes q̃ spiritũ vite.id est actũ spiratõnis.qui sibi in vtero nõ potuit cõpetere. Ad illud de hieremia dicẽdũ.ꝙ ex hoc nõ habet ꝙ hieremie cõpeteret aliq̃ sanctitas ante sui formationem in vtero.qz qd̃ nõ est.illi nulla sanctitas inesse potest.sed solũ habet ꝙ de⁹ cognouit ipm̃ esse futuꝫ bonũ. Johãnes igit̃ baptista ac etiã hieremias in originali peccato fuerũt. quãuis ꝓ sanctificationẽ spũssancti quẽ ambo crediunt̃ recepisse in matris sue vtero purgati fuerint anteq̃ extra vteꝫ nascerẽt. Se-
cundo dico ꝙ virgo gloriosa ex priuilegio singulari sic fuit ꝓuenta spũssancti gratia ꝙ originali culpa nunq̃ extitit maculata. Hanc tamẽ ꝯclusionẽ cũ sua ꝓbatõne ꝛ declaratõe ne nimis ad ꝓsens teneã.differo vsq̃ ad tricesimã distinctionẽ tercij libri sententiarũ. Ibi em̃ ꝓprie locũ habet.

Secunda conclusio.

Quãtuꝫ ad quartũ

Articulus quartus.

articulũ dico.ꝙ peccatũ originale principaliter ꝛ per se est in essentia anime.per quandã tamen redũdantiã est in omĩbꝫ potẽtijs anime Quia habit⁹ ꝛ priuatio sibi opposita habẽt vicissim fieri circa idẽ subiectũ.Sꝫ originalis iusticia cui originalis culpa opponit̃ priuative principaliter fundabat̃ in essentie anime ꝛ per redundantiã in potẽtijs.ergo ꝛc. Ad argumentũ principale dicendũ ꝙ quãuis exꝫ ꝓbetur ꝙ peccatũ originale nõ sit culpa actualis.nõ ꝓbatur tamẽ quin sit culpa naturalis ideo nõ valet argumentũ.

Ad principale argu.

Distinctio.xxxij.et.xxxiij.

Vonia supra

q ꝛc. Postq̃ magister tractauit de originalis peccati trãsfusiõe.nũc in ista tricesimasecũda distinctõne tractat de eiusdẽ peccati remissione.Et diuidit in duas partes. Nã mgr̃ primo ostendit ꝙ originale

UVA. BHSC. IyR_066

ꝓcatū remittit in baptismali regeneratōne Secūdo inquirit vtr̄ peccatū ꝓximoꝝ parentum ꝓlē inficiat in carnali generatōe. distinctōe. xxxiij. ibi. Predictis adq̄endū esse videtur. Prima in duas. Quia primo tractat de originalis ꝓcati remissione. Secundo inquirit vtrū oēs anime ratōnales sint equales in sui creatione. ibi. Illud quoq̄ nō incōgrue. Prima in duas. Quia primo ostēdit remissionē originalis peccati fieri i baptismo mediante diuina misericordia. Secūdo q̄ huiusmodi peccatū punit in homine non baptisato salua diuia iusticia. ibi. Solet etiam queri qua iusticia. Prima in duas. Nā primo ostēdit quomodo in baptismo originale ꝓcatū remittit ꝑ̄ habet rationē culpe Secūdo inquirit vtrū remittat ꝑ̄ habz rationē pene. ibi. Solet autē hic queri. Sequitur illa pars. Solet etiā queri qua iusticia. Et diuidit in duas partes. Quia primo magister ostendit q̄ salua diuina iusticia peccatum originale nō baptisato homini ad penam imputat Secūdo q̄ salua eadē iusticia anima humana maculate carni infunditur ꝑ quam maculatur. ibi. Si vero queritur. Et hec in duas. Nā primo petit quare deus innocentē animā maculato corpori infundit Secūdo inquirit an in ipa infusione anima talis sit qualē eā deus creauit. ibi. Dica quibusdam. Sequit distinctio tricesimatercia. Predictis adq̄endū esse videt. in q̄ magister querit vtrū peccata ꝓximoꝝ parētuz transeāt in genitā ꝓlē. Et diuidit in duas partes. Quia primo magister ostendit circa hāc questionē sacraꝝ scripturaꝝ quasi oppositam apparere sententiā. Secūdo veruz intellectū scripturaꝝ dando tollit hmōi oppositionis apparentiā. ibi. Et licet ꝑccatis. Prima in duas. Quia ꝑmo facit iam dictā q̄stionem de peccatis parentū ꝓximoꝝ. Secūdo subdit aliā questionē de ꝑccato parētum primoꝝ. ibi. Hic queri solet. Prima in tres. Quia primo mouet predictā questionē Secundo recitat circa hoc vnā falsam opinionē Tercō addūcit hmōi false opinionis improbationē. Secunda ibi. Et q̄ nō. Tercia ibi. Alioquin sibiꝑi. Sequit illa pars. Hic queri solet. Et diuidit in tres partes. Quia primo mota questione quandā falsaz opinionem circa eā recitat. Secundo huiusmodi opinionē improbat. Et tercio aliā incidentē dubitationē determinat. Secūda ibi. Ad qd̄ dici potest. Tercia ibi. Si ꝯo queritꝝ Sequit illa pars. Et licet ꝑccatis. Et diuidit in tres partes. Qz ꝑmo resumit principal' q̄stionis difficultatē. Scdo determinat veritatē. Tercio obiciēdo nouā inducit dubietatem. Scda ibi. Sz vt ait hieronim⁹. Tercia ibi. Uerūtamē si cē. Et hec in tres. Qz ꝑmo ꝓtra ꝑdicta ponit obiectōez. Scdo dat lr̄alem solutionē. Et tercio assignat misticā seu spūalē rn̄sionē. Scda ibi. Sz ideo patres cē. Tercia ibi. Qd̄ etiā mistice. Hec est sententia istaz distinctionū in generali. circa quas quero hāc questionē in speciali.

Trū pene ex originali peccato influ-
v cte sint eq̄liter in oib⁹ hoib⁹ Et videt q̄ sic. Qz eq̄li posita causa ponit eq̄lis effect⁹ in ꝟbiecto eq̄liter se habēte. sz originale peccatū eq̄liter est in principio natiuitatis in q̄libet hoīe. et ale q̄ sunt subiectū originalis peccati a principio sue creatōis sunt eq̄les ꝑm suā essentiā. g̃ pene ꝓsequentes hmōi peccatū vident esse eq̄les. Cōtra. experiētia docet. s. q̄ fomes peccati. s. ꝓnitas peccandi maioꝝ est ī vno hoīe q̄z in alio. vn⁹ em̄ hō est naturaliter inclinat⁹ ad fornicandū. alter ad furandū. et sic de aliis vicijs. Dic ꝑmo videndū est de eo qd̄ queritꝝ. Scdo de eq̄litate animaꝝ qd̄ in ipso argumēto implicabat. Et h̄ q̄stū ad istā distinctōez. s. tricesimā secūdā. Tercio vtr̄ mouēti i solo pcto originali debeat pena eterna. Et q̄rto vtr̄ pcta parētū ꝓximoꝝ trāseant in filios. Et hoc q̄stū ad distinctionē tricesimātercia.

De primo breuiter

Articulus primus

dico. q̄ aliq̄ pene peccati originalis sunt ꝑ se et ꝑmo inflicte ratōne talis peccati. et iste sunt eq̄liter in oib⁹ in quib⁹ regnat tale peccatū. et iste pene directe respiciūt originale peccatuz. puta ꝑuatio originalis iusticie. caretia diuine gratie. et caretia visionis diuine essentie. Alie aūt sunt pene indirecte. q̄ ꝓsequunt ipm originale peccatū ꝑ accidēs. puta sicut causaz removentē ꝓhibēs. et hmōi penas nō optet eē eq̄les i singul'. tales pene sunt mors corpalis infirmitas. et cetere passiones. et pnitas ad peccandū. q̄ oia ꝓuenīūt in nobis ex rebellione viriū inferioꝝ ad superiores. et hec rebellio accidit ex remotōe originalis iusticie. vt patuit supi⁹. In hac tñ ineq̄litate iusticia iudicis. s. dei nō est increpāda. Nā sicut iudex human⁹ ꝓpter eq̄le delictū cōmissuz a duobz ambos privās oculis nō est calūniand⁹ si ꝓsequenter vn⁹ illoꝝ

UVA. BHSC. IyR_066

ꝓpter carentiã oculoꝝ frãgit tibiã & nõ alter. qz talia ꝑ accidẽs ꝓsequunt. sic i ꝓposito ꝛc.

Articulus secundus. Prima cõclusio

Quantũ ad secũdũ

articulũ ponã duas ꝯclusiones. Prima ẽ q̃ oĩes aie humane q̃tũ ad suas essentiaꝫ ac etiã ꝓprietates imediate fundatas i essentijs & naturaliter tales essentias ꝓsequẽtes sunt eq̃les. Quã nõ. tũc specie differrẽt. ꝫ ꝓsequẽs ẽ falsuꝫ. qz tũc hoĩes quoꝝ tales aie sunt substãtiales pfectões. necessario differrẽt specie. qđ̃ est impossibile. ꝓsequẽtiã ꝓbo. qz ineq̃litas essentiaꝫ necessario arguit distinctõnez specifica i formis. Proprietates etiã imediate & naturaliter essentias aliq̃s ꝓsequẽtes si ineq̃les sunt necessario i essentijs ineq̃litatẽ causaliter ꝑsupponũt. P. si forme substantiales aliq̃ꝝ indiuiduoꝝ essent ineq̃les ꝑm suã essentiam. tũc species ineq̃liter ꝑdicarent ꝛc indiuiduis qz entitas specifica ꝑncipaliter sumit a forma substãtiali. Sz oppositũ ꝓsequẽtis ponit ꝓbs iij. metha. P. ꝑm q̃ i aliquibꝫ formis eiusdẽ speciei repit ineq̃litas penes diũsum gdũ nobilitatiꝫ ꝑm ꝙ repit in eis susceptio magi & min9. Ista patet. vij. phili. Si igit i hũanis aiabꝫ esset hmõi ineq̃litas. tũc forma substantialis susciperet magꝫ & min9. qđ̃ est ꝯtra ꝓbm i ꝑdicamẽtis. vbi ait. q̃ substantia nõ suscipit magꝫ & min9. q̃ ꝛc. Sz forte dicet. ista cõclusio repugnat duobꝫ pariẽsibꝫ articulis. Quoꝝ prim9 est q̃ error est dicere q̃ incõueniens sit aliq̃s intellect9 esse nobiliores aliis. qz tũc aia xp̃i nõ esset nobilior aia iude. Secund9 est q̃ error est ponere q̃ vn9 hõ melius intelligit q̃ alter. qz habet meliorẽ intellectuz passiuũ. id est meliorẽ imaginatõez. P. ad idẽ ꝑt argui sic. Sicut materia est ꝓpter formã. sic diuersitas materie est ꝓpter diuersitatẽ & ineq̃litatẽ forme. Ista patet ꝑ cõmentatorẽ q̃ secundo ꝛc aĩa ait. q̃ mẽbra cerui & leonis differũt. qz aie eoꝝ differũt. Sz mlta est diũsitas & ineq̃litas in materia corpoꝝ humanorũ. q̃ ꝛc. P. si nulla esset inequalitas i aiabꝫ humanis ꝑm suas essentias & ꝓprietates imediate i talibꝫ essentijs fundatas. tunc aie sepate a corpibꝫ nullã haberent ab inuicẽ differentiã. falsitas ist9 ꝓsequẽtis cuilibet fidelis est nota. ꝓsequntia etiã patet. qz cũ tales aie nõ differãt ꝑ aliq̃d extrinsece sibi adiunctuz. igit si nõ differũt ab intrinseco tunc videt q̃ nullo modo differãt. Ad primũ & secũdũ dicendũ q̃ illi articuli nõ pl9 intendũt nisi q̃ ꝑ ꝯiunctionẽ ad corpus vna aia ꝑt sortiri aliq̃ã dignitatẽ q̃ non cõpetit alteri aie q̃ alteri ꝯiungit corpi. qđ̃ quidã negabãt dicentes q̃ talis diuersitas nobilitatiꝫ solũ est ex pte corporis sita q̃ aie ex sua ꝯiunctõe ad corpa nihil diuersitatiꝫ in nobilitate ꝓsequunt. cui9 opinionis oppositũ appebit in secũda ꝯclusione.

Solutio. Ad. 1. et. 2

Ad terciũ dicẽdũ q̃ qñ forme differũt specie. tũc diuersitas materie est ꝓpter diuersitatẽ forme. sz qñ forme sunt eiusdẽ speciei. tunc ecõuerso forme differũt eo q̃ materie aliq̃ mõ differũt & multiplicant. Ideo. vij. metha. dicit. q̃ q̃ sunt vnũ specie & mlta numero. multã habẽt materiã. distinctio igit formaꝝ solo numero differẽtiũ nõ ꝓtelligit distinctõni materie. sz ecõuerso ꝓsequit distinctõez materie. Ad quartũ nego ꝓsequẽtiã. Ad ꝓbationẽ dico q̃ aie sepate differũt ꝑ suũ esse indiuiduale qđ̃ acq̃sierũt ꝑ ꝯiunctõnez q̃ suis ꝓprijs corpibꝫ iũgebant. Scda cõclusio q̃ aie hũane possunt esse ineq̃les q̃tũ ad suũ ee. & q̃tũ ad suas ꝓprietates fundatas subiective i organo corpali. Nã sicut forma illi cui9 est forma cõmunicat aliquẽ modũ. sic ab eo cui9 est forma sortit aliquẽ modũ. Et ideo ceteris paribꝫ aĩa ꝯiucta nobiliori corpi semp habet nobiliorẽ modũ essendi saltẽ q̃ ad esse indiuiduale qđ̃ aĩa ꝓsequit ex eo q̃ infundit corpi. Patet etiã ista ꝯclusio ꝛc ex dictis ꝓprietatibus. qz planũ est q̃ vn9 hõ melius audit q̃ alter. & acutius videt ꝑm q̃ tales ꝓtutes ꝯiuncte sunt melioribꝫ & aptioribꝫ organis. Propter qđ̃ phs. ij. de aĩa ait. Si senex haberet oculũ vt iuuenis videret vtiq̃ sicut iuuenis Sz ꝯtra istud forte dicet. q̃ cũ intellect9 nullius ptis corpis sit act9. vt dicit. iij. de aĩa. ideo nõ ꝑt dici melior vl peior ꝑ ꝯiunctõez ad corp9. & ꝑ ꝯs cũ vn9 hõ vt asserit articul9 habeat meliorẽ itellectũ q̃ alt. optet q̃ talis ineq̃litas ꝓueniat aie itellective ꝑm se. & nõ q̃tũ ad esse qđ̃ sortit in corpe. P. nos qñq̃ videm9 aliq̃s q̃ sunt peioris cõplexionis & exterioꝛa hnt corpa esse magꝫ ꝓtuosos. & ecõtra illos q̃ sunt melioris cõplexiõis & pfectioꝛa ac nobiliora habẽt corpa. esse puerꝫ & viciosos. qđ̃ esse nõ possz si i aiabꝫ esset ineq̃litas dignitatis ꝑ cõparationẽ ad ipsa corpa. Ad primũ dicendum. q̃ vn9 hõ ꝑt habere meliorẽ intellectuz q̃ alter tribꝫ modis. Uno mõ supnaturaliter ex ḡtuito dei dono. ꝑm q̃ spũssctũs impleuit telonarium & primum euangelistam fecit. & impleuit piscatorẽ & ꝓncipẽ apostoloꝝ fecit. Alio modo naturaliter puta ꝑm q̃ ex bonitate

1

2

3

4

Articulus secundus. Prima cõclusio

Ad. 3.

Ad. 4.

Scda cõclusio.

Instantia 1.

Ad. 1.

Instantia 1.

2

UVA. BHSC. IyR_066

cõplexionis vn⁹ habet magis ordinatã fantasiam q̃z alter. ⁊ p cõsequẽs meliori ordine species intelligibiles i ꝑtute lumis itellect⁹ agẽtis recipiunt in ipo itellectu possibili. Tercio mõ ex frequentiori studio ⁊ meliori exercitio Et tamẽ nullo istoꝝ modoꝝ necesse est ipz intellectũ ꝑm se. vel animã intellectuã ꝑm suã essentiã in vno hoie esse meliorẽ q̃z in altero.

Ad.2. Et p hoc patet ad secundũ Nã ꝓpter malum exercitiũ seu studiũ vel cõsuetudinẽ ille qui est bone cõplexionis potest effici grossus ⁊ vicios⁹. ⁊ econuerso qui est male cõplexionis potest effici subtilis ⁊ virtuos⁹. q⁹ sic⁹ tudo est altera natura. vt cõmentator primo phisicoꝝ ait. ⁊ ꝓs in libro de memoria ⁊ reminiscẽtia. Ex frequẽtatis etiã actib⁹ generat habit⁹. vt patet. ij. ethi. Propter qõ legit ꝺ socrate q̃ grossus fuit natura. subtilis tamen ex studio.

Di. xxxiij. Articulus tercius.

Quãtuz ad terciuz

articulũ pono tres ꝯclusiones. Prima est q̃ recedentib⁹ in solo peccato originali nõ rebet aliqua pena sensus. Quia illi peccato nõ debet pena sensus in quo nulla est ꝯuersio ad aliqꝺ bonũ cõmutabile. Ista patz. q⁹ sicut pena damni respõdet auersioni ab incõmutabili bono. sic pena sensus rñdet cõuersioni ad cõmutabile bonũ. iuxta illud apoc. xviij. q̃tũ glorificauit se in delicijs: tantũ date illi tormẽtũ ⁊ luctũ. sed in peccato originali nõ est aliq̃ ꝯuersio ad cõmutabile bonũ. vt de se patet. ergo ꝛc.

Prima cõclusio.

1

2 Ꝓ. qui ꝑm nullũ sensuz peccauit ꝑm nullũ sensum a iusto iudice puniet in eternũ Sed recedẽs i solo originali peccato ꝑm nullũ sensum peccauit. Maior patet. q⁹ licet iustus iudex quãdoq̃ remuneret vltra condignum. nunq̃ tamen punit vltra ꝯdignum.

3 Ꝓ. nulla habitualis dispositio vindicat pena sensus. nõ em̃ punit aliquis ꝓpter hoc qꝺ est habilis ad furandũ. sed punit ex hoc q̃ furatur. Sed peccatũ originale sumptũ cũ exclusione omis actualis peccati solũ dicit cõ-

4 cupiscentiã habitualẽ. ergo ꝛc. Ꝓ. beat⁹ bernard⁹ dicit q̃ sola ꝓpria volũtas ardet in inferno. sed peccatũ originale accidit sine ꝓpria

5 voluntate Itẽ Innocenti⁹ terci⁹ in quadã sua decretali dicit q̃ pena sensus debet peccato actuali. sed peccatũ originale nõ est actuale. ergo ꝛc. Sed cõtra istud potest instari

Instantia 1 sic. Caro est causa originalis peccati. ergo pena sensus debet originali peccato. Antecedẽs patet. Nam cũ solã carnẽ accipiam⁹ ab adã sola caro videt esse causa originalis peccati. cõsequentia etiã patet. quia pena debetur illi qꝺ est causa peccati. sed caro nõ est capax pene nisi ꝑm sensum. ergo ꝛc. Ꝓ. peccatũ veniale punit pena sensus. ergo ⁊ originale. An- 2
tecedens patet ex fide. cõsequentia ꝓb⁹. quia maiori peccato nõ debet minor pena. sed originale est mai⁹ q̃z veniale. quia veniale potest simul stare cum gratia. originale autem non.

Ꝓ. originale peccatũ in hac vita punit pena sensibili. ergo ⁊ post mortẽ. Antecedẽs pa- 3
tet ex ꝑcedentib⁹. Sequentia etiã videt tenere ex hoc. quia nõ mun⁹ sed graui⁹ puniunt peccata post hãc vitã q̃z in hac vita. Ꝓ. istud 4
vident sonare verba augustini in libro de fide ad petrũ. c. xxvij. vbi sic ait. Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites nõ solũ homines iam ratione vtentes. verũ etiã paruulos qui siue in uteris matrũ viuere inceperũt ⁊ ibi mortui. siue de matrib⁹ nati sine sacramẽto baptismatis qꝺ dat in nomine patris ⁊ filij ⁊ spũssancti. de hoc seculo transierũt. ignis eterni sempiterno supplicio puniẽdos. quia si peccatũ ꝑprie actõis nullũ habuerũt. originalis tamẽ peccati damnationẽ carnali cõceptione ⁊ natiuitate traxerũt. Ad primũ dicendũ q̃ antecedens nõ est simpliciter verũ. quia i nullo genere cause ꝑprie loquendo caro potest dici causa originalis peccati. nã licet a protoplasto huiusmodi defect⁹ descendat in nos p carnalẽ cõcupiscentiã. tamẽ in ipo genito nõ habet rationẽ peccati donec ptingat ad animã. Solutio. Ad.1.

Ad secundũ nego cõsequentiã. Ad ꝓbationem dico q̃ peccatũ originale ⁊ peccatũ veniale sunt alteri⁹ ⁊ alteri⁹ rationis. ideo etiaz eoꝝ pene differunt ratõe. Nec ꝑprie possunt esse ad inuicẽ compabiles penes maius ⁊ minus. Vñ quia in peccato veniali ita est ꝯuersio ad aliqꝺ bonũ cõmutabile. q̃ tamẽ nõ est auersio a bono incõmutabili. ideo ita punit pena sensus q̃ nõ punitur pena perpetua dãni. sic ecõuerso de originali ꝛc. Ad tercium dicendũ q̃ pene sensibiles in hac vita per accidens sequunt ad culpã originalem. vt patuit superius. Ad quartũ dicendus q̃ ꝑm solennes doctores puta Egi. ⁊ tho. augustinus per talia verba intendit exprimere penã dãni. q⁹ mod⁹ fuit antiquit⁹ sanctoꝝ q̃ oẽm penã eternã appellabãt penã ignis Scda ꝯclusio est q̃ recedẽtes in solo originali peccato puniuntur perpetua punitione visionis diuine essentie. Nam talis visio cum sit Ad.2. Ad.3 Ad.4. Scda cõclusio. 1

UVA. BHSC. IyR_066

oīno supnaturalis.nō potest ab aliquo adi
pisci nisi mediante gratia dei. Propter qđ di
cit apostol⁹. Gratia dei vita eterna. Sed exi
stens in originali culpa nō potest habere gra
tiam dei.ergo nec p ꝯsequēs potest habere glo
2 riā seu beatā visionē. P. ista est intentio be
ati augustini 7 ceteroꝝ sanctoꝝ doctoꝝ. In
nocenti⁹ etiā vt supra expresse dicit q originali
peccato debet p pena carētia visionis diuine.

Instantia 1 Sed cōtra istud ab aliquibꝫ antiqꝫ satis
apparēter arguit sic. Si aliqꝫ homo priva
retur dei visione.ille esset frustra pduct⁹ a deo.
ꝯsequēs est falsum.qz vt patet i ō celo 7 mūdo
de⁹ 7 natura nihil faciūt frustra.ꝯsequētia p
batur.qz illud est frustra qđ nō potest ꝯsequi
finē suū. vt patet.ij. phisicoꝝ.sz videre deū est
2 finis toti⁹ humane nature. P. grauissima
pena nō debet peccato originali.sz priuatō di
uine visionis est pena grauissima Maior pa
tet per augustinū qui vt allegat magister hic
in littera dicit.q mitissima est pena eorum q̄
p solo peccato originali puniunt. Sz minor
pbatur autoritate 7 ratōne. Autoritate q̄dez
quia dicit Chrisō. sup Matthē.q carētia vi
sionis diuine est maxima penaꝝ.7 intolerabi
lioꝝ q̄z gehēna. Patet etiā ratōe. Nā cū pena
sit semp quedā priuatio alicui⁹ boni ꝯuenē
tis ei cui pena infligitur. igitur illa est maior
pena que mai⁹ bonū tollit. sed priuatio visio
nis diuine tollit summū bonū hominis. ergo
3 videt q sit sūma pena hominis P. ille qui
est dign⁹ misericordia non debet puniri pena
ppetua. decedēs i originali peccato est dign⁹
misericordia. quia dicit in legibꝫ. dignus est
4 misericordia qui alieno vicio laborauit P.
priuatio nō plus priuat q̄z ponat habit⁹ op
posit⁹ priuatōni. sz iusticia originalis cuius
priuatio est peccatū originale nō posuit visi
onem diuine essentie. ergo nec originale pec
5 catū tollit hmōi visionē. P. augustin⁹ in
libro ō duabꝫ animabꝫ ait Tenere quēq̄z reū
quia nō fecit qđ facere ñ potuit summe iniu
sticie 7 insanie est. sed de⁹ nō est iniust⁹. ergo i
solo peccato originali decedētē nō tenebit reū
7 p ꝯsequēs nō priuabit eū tali bono qđ sine
Solutio. originali peccato sibi cōmunicaret Ad pri
Ad.1. mum dicendū q licet de⁹ nihil faciat frustra.
quia quantū in se est omnia dirigit in suos fi
nes. homo tamē qui ē liberi arbitrij mala sua
volūtate sepm suo fine frustrare pt. Ideo sa
pientie. xiij. dicit. vani sunt omes hoies in q̄
bus nō est sciētia dei. Potest etiam dici q
q̄tū ad diuinū ordinē etiā illi q̄ sunt in infer
no nō sunt frustra.qz in ipis relucet diuina iu
sticia. Etiā illi qui decedūt in originali pcto
solo nō sunt frustra.qz q̄uis nō ꝯsequant fi
nē supnaturalē. ꝯsequunt tamē finē naturalē
Possunt em̄ habere euidentioꝝ ꝯtemplatio
nē q̄z quicūq̄z phs vnq̄z habere potuit in hac
vita.que quidē ꝯtemplatio est naturalis fini
hoīs virtuosi. vt patet. x. ethicoꝝ Ad secū Ad.2.
dū dicendū q q̄ in solo originali decedūt mi
nimā sustinēt penā.qz quāuis careāt dei vi
sione.ex q̄ tamē nullū pcipiūt cruciatū. vt pa
tebit in sequēti ꝯclusione. Ad tertiū dicen Ad.3.
dū q decedēs in originali in hoc pcipit dei mi
sericordiā q null⁹ adhibet sibi cruciat⁹. nō tñ
est dign⁹ tali misericordia vt ulteri⁹ pmonea
tur ad diuine visionis ꝯsolatōez. qz nihil re
perit in tali homie ratōne cui⁹ ad hmōi visiō
nem digne debeat pmoueri. Ad quartū ne Ad.4.
go maiorē. qz licet formaliter nō pl⁹ priuatio
priuet q̄z habit⁹ ponat. tamē p modū sequele
multa priuat q̄ formaliter nō ponit habit⁹.
Priuat⁹ em̄ oculis ppetue priuat sacerdotio
q̄uis positio oculoꝝ pcise nō ponat sacerdo
tiū. sic 2c. Ad quintū dicendū q licet talis
nō debeat teneri reus q̄ ad penā cruciatiuā et Ad.5.
afflictiuā. iuste tñ pt teneri reus q̄ ad penā q̄
est ulterioris pmotionis phibitiua. Lec⁹ em̄
nat⁹ iuste priuat gradu sacerdotalis dignita
tis. quāuis suā cecitatē ꝓuenire nō potuit. sic
2c. Tercia ꝯclusio est q decedentes in solo Tercia cō
pcto originali ex pdicta carētia diuine visio cluſio.
nis nullū sustinēt cruciatū. qz null⁹ prudens 1
cruciat ex eo qđ sibi nō dat illud ad q nulla
habet nec habere potest habilitatē. esset em̄ in
sipiens homo qui doleret ex hoc q nō potest
volare vt volat auis. sz anime tales sepate ha
bent perfectā prudentiaꝝ 7 vident q nec sunt
habiles ad huiusmodi finē supnaturalē. nec
vnq̄z ex suis naturalibꝫ habilitari possunt. qz
vidēt se esse nō i via sed in termino. ergo 2c.

P. cruciatus 7 afflictio tantūmodo debet 2
delectationi que fuit in culpa. vt apparet apo
cal'. xviij. sed in originali peccato nulla est de
lectatio. ergo 2c. Sed oppositū isti⁹ ꝯclu Opio cō
sionis asserit quedā opinio dicens. q pueri de trariā.
cedentes in solo peccato originali sentiunt af
flictionem interioꝝ ex carentia diuine visio
nis. Notum ipsi⁹ opinionis nō inueni.
Potest tamē sic pbari. Omnē ꝯtrariū volū 1
tati cōtristat voluntatē. vt apparet. v. metha
phisi. sz omis pena est ꝯtraria volūtati. ergo
pena damni que est carentia visionis diuine
ꝯtristat volūtatē. 7 p consequēs affligit eam.

UVA. BHSC. IyR_066

2 P. imperpetuum separari ab eo quē quis naturaliter amat. nō caret afflictōne. sed alia ꝛecedens in solo originali peccato naturaliter amat ꝛeū. igit ꝑpetua sepatio ab ei⁹ visione est sibi vt videt afflictio ꝛ cruciat⁹.

3 P. fm sanctos doctores ꝛ philosophos carētia illi⁹ qō naturaliter apetit nō caret omino afflictōne. sed fm augustinū. omes homines naturaliter volunt esse beati. igit ꝛc.

4 P. fm sanctos doctores damnati in inferno plus cruciant d̄ pena damni q̄z ꝛe pena sensus. sed omis ꝛecedens i originali sustinet penā damni

5 P. si dicit q̄ p tanto damnati dolent ꝛe carētia diuine visionis ꝛ nō illi qui ꝛecedunt in solo originali peccato. qz cognoscunt se ex suo ꝓprio delicto penā damni sustinere cui⁹ oppositum cognoscunt ipi paruuli ꝛecedētes in solo originali. ista solutio nō valet. qz quādoq; videmus q̄ magis vel saltē nō min⁹ cruciat homo cū priuat aliquo bono sibi ꝓficuo absq; sua culpa.

Solutio. q̄z si priuaret exigente suo delicto.

Ad.1. Ad primū dicendū q̄ q̄uis minor sit vera loq̄ndo ꝛe pena que est appositiua alicui⁹ diseō uenientis. vel etiā ꝛe pena q̄ est subtractiua alicuius naturaliter ꝓuenientis. tamē nō est vera ꝛe pena que est subtractiua alicui⁹ supnaturaliter ꝓuenientis. maxime cū ille cui subtrahit nō habet difformē voluntatē ab eo qui subtrahit.

Ad.2. Sic est in ꝓposito ꝛc. Ad secundū dicendū q̄ licet sint sepati a deo quantū ad cōtemplationē glorie q̄ est finis supnaturalis. non tamē quantū ad diuinoz ꝓtemplationē naturalē. qz vt dixi liberiori modo possunt tales anime ꝓtemplari ꝛe deo q̄z quicūq; phs in vita ista.

Ad.3. Ad terciū dicendū q̄ iste aie sic ꝛecedentes nō appetunt beatitudinē glorie fm ꝓpriam rationē. qz vt sic nō cognoscūt eā. cū nec habeāt lumē glorie nec lumē fidei. in quibus luminib⁹ tantūmodo talis beatitudo cognosci potest fm propriā rationē. Appetūt ergo beatitudinē solū fm rationē cōmunez. ad cui⁹ appetit⁹ satisfactionē vt trāseat sine omi afflictōne sufficit illa pfectio quā cōsequit ex naturali ꝓtemplatōne.

Ad.4. Ad quartū dicendū q̄ illi. s. damnati maxime dolēt ꝛe tali priuatione. quia eoz volūtas est maxime difformis a dei volūtate actue infligentis p̄dictaz penā seu priuationē. Paruuloꝝ autē voluntas nō est difformis a diuina volūtate. quia sicut in vita ista nunq; habuerūt difformem voluntatē a volūtate diuina. sic nec alia vita vnq; eis displicebit illud qō ꝛe⁹ faciet. ꝛ p cōsequens ex nullo effectu dei possunt habere dolorem. quia omis dolor p̄supponit displicentiā. Ad quintū dicēdū q̄ si aliquis dolet ꝛe eo quo priuat sine sua culpa personaliꝫ accidit ꝓpter duo. Primo quia illud qō aufertur est aliquo modo sibi ꝛebitū. Secūdo quia sua volūtas est dissona a volūtate auferentis. Istoz autē duoz oppositū appareī ꝓposito. ergo ꝛc.

Ad.5.

Quātuz ad quartū

Articulus quartus.

articulū dicendū q̄ peccata proximoz parētuz trāsire in prolē potest dupliciter intelligi Uno modo q̄z tū ad culpā. Alio modo quātū ad penā. Primo modo ñ transeūt. qz ꝓprius parens nō potest suā iusticiā in plē trāsfundere. ergo nec suā culpā. Antecedēs patz.

Prima in quistio.

Probat consequētia p anſ. qui dicit. q̄ p tanto prim⁹ parēs potuit originalē culpā i ceteros homines trāsfundere. quia originalē iusticiā trāsfudisset si ipam nō perdidisset.

Conclusio.

P. generans genito cōmunicat naturā ꝛ nō personam. ergo cōmunicat ei ꝛefect⁹ naturales. cuiusmodi sunt peccatū originale. ꝛ ea que fm legē cōmunē hmōi peccatū cōsequunt. ꝛ nō cōmunicat ei ꝛefect⁹ psonales cuiusmodi sūt peccata ꝓpria seu actualia. Cōsequētia patz. Antecedēs ꝓbat. Nā q̄ nō cōmunicet ꝑsona generantis patet. qz psona est q̄d incōmunicabile vt ꝓbatū est in primo libro. Q; aūt cōmunicet natura generātis patet. qz in omi generatōne vniuoca natura generātis cōmunicat ipi genito.

2

Instantia

Forte dicet q̄ fm ph̄m in secūdo ꝛe generatōne in habentib⁹ simboluz facilioz est trāsitus. sed ples magis assimilat primo parenti q̄z primo parēti. ergo magis videtur q̄ proxim⁹ parēs possit peccatū suum transfundere in prolē q̄z prim⁹ parēs.

Solutio

Respondeo q̄ ꝓprie loquendo tunc simbolū seu similitudo inter parētes attendit quantū ad naturalia. quia fm illa habent ad inuicē ꝓuenientiā. ꝛ nō quantū ad personalia. quia fm illa habent ad inuicē supposītalē differentiā. ꝛ ideo ex vi argumēti nō sequit q̄ aliq̄d peccatum psonale parētis transfundat in plem. sed solū originale qō dicitur peccatū naturale. quia priuus inficit naturā. ꝛ mediāte infectione nature inficit personam.

Inquisitio secunda.

Sed si petitur secundo modo. scilicet vtrum transeant quantū ad penam. tunc pono duas ꝓclusiones. Prima est q̄ peccata proximoz parētuz non transeunt in prolem quantū ad penam eternā. Quia fm beatū augustinū quicunq;

Prima conclusio

UVA. BHSC. IyR_066

obligat vinculo pene. s. eterne nõ est exps delicti. sz ples est expers a delicto parẽtis pximi vt patuit i prima pte isti⁹ articuli. ergo p delicto pximi parẽtis nõ obligat ad penã ppetuam. Etiã qztũ ad istũ itellectũ ait dñs ezech. xviij. Fili⁹ nõ portabit iniqtatẽ patris. Et ibidẽ. Aĩa q̃ peccauerit ipa morietur. Et ad Gal. vi. ait apls. Unusquisqz onus suũ portabit.

Conclusio secũda.

Secũda ɔclusio est q̃ peccata pximoruz parentũ transeũt in prolẽ quantũ ad penã tẽporalẽ. Nã sicut patet in iure ciuili. crimẽ lese maiestatis nõ solũ punit in parẽte. verz etiam in ple. Nã put ples est quedã res patris sic pater potest puniri in filio tanqz in sua re seu possessione. P. princeps qñqz iuste punitur in suo populo ppter ɔiunctionẽ populi ad ipm. ergo ⁊ pater in ple. maxime quãdo proles nõ est sui iuris. sz est sub dominio patris tãqz possessio ei⁹. Antecedẽs patet. ij. reg. c. vlti. vbi multi legunt ab angelo dei interfecti ppter peccatũ regis dauid. Patet etiã cõsequẽtia. quia nõ minor est ɔiunctio plis ad parentẽ quã populi ad secularẽ principem.

Et de hac pena potest intelligi verbũ dñi exo. xx. vbi ait. Ego dñs visitans peccata patrũ in filios vsqz in terciã ⁊ quartã generationẽ. Exemplũ habem⁹ quo ad hoc gen. xix. vbi dñs ppter peccata parentũ interfecit paruulos cũ parẽtibꝫ in sodoma ⁊ gomorra. Et Nu. xvi. interfecit dñs chore ⁊ dathan ⁊ abiron cũ paruulis eoꝝ. Itẽ pcepit dñs vt in regnis chananeoꝝ interficerent omes tã puuli qz senes. Forte dicet q̃ omnes paruuli hic notati nõ solũ pena tpali verz etiã pena eterna punient puta pena damni q̃ est carẽtia diuine visionis. ⁊ h̃ videt ɔtradicere prime cõclusioni Rñdeo q̃ licz tales puuli passi fuerunt mortẽ tpalẽ ppter peccata pximoꝝ parentũ. tñ eternã penã patient ppter pctm̃ originale. ⁊ nõ ppter peccata pximoꝝ parentũ.

Instantia

Solutio.

Ad principale argu.

Ad argumentũ pncipale dicendũ q̃ qzuis maior sit vera de pena p se. nõ tamẽ de pena p accidẽs. Alias sic inuenit. dicẽdũ q̃ qzuis maior sit vera de effectu p se. nõ tamẽ est vera de effectu p accidẽs. Sz sicut patuit i primo articulo nõ quelibet pena est effect⁹ p se originalis peccati.

Distinctio tricesimaquarta.

Ost predicta

p ⁊c. Postqz mgr determinauit d̃ peccato puuloꝝ qd̃ dicit originale. h̃ psequit d̃ pcto adultoꝝ. qd̃ dicit actuale. Et diuidit i duas ptes sm q̃ primo pmittit ordinẽ de dicendis. Scd̃o psequit de eis ibi. Causa ⁊ origo. Et hec i duas. qz pmo tractat succincte d̃ iã dicti pcti radice. Scd̃o de hmõi radice psequit mgr extẽse. dist. xxxviij. ibi. Post pdicta de volũtate. Prima i duas. qz pmo mgr tractat de pcto habendo respectũ ad pcti defectũ. Scd̃o habẽdo respectũ ad ipi⁹ pcti actũ. dist. xxxv. ibi. Post hec videndũ est ⁊c. Prima i duas. qz pmo oñdit radicẽ ⁊ causaz peccati a q̃ habet esse. Scd̃o oñdit causaz i qua habet esse ibi. Oñsa igit origine. Et hec i tres qz pmo mouet q̃stionẽ ⁊ sbdit ei⁹ determinationẽ. Scd̃o adducit ɔtrariã obiectionẽ. Et tercio sm augustinũ illi⁹ obiectõnis ponit solutõez. Scd̃a ibi. Ad h̃ ãt. Tercia ibi. Hoc aũt augustin⁹ i libro eodẽ. Prima i tres. Qz pmo oñdit q̃ i bono fundat malũ. Scd̃o q̃ idẽ pt dici bonũ ⁊ malũ Tercio asserit q̃ i his fallit q̃dam regula ɔtrarioꝝ. Scd̃a ibi. Ex q̃ sensu. Tercia ibi. Ideoqz in his contrarijs.

Circa istã. xxxiiij. dist. q̃ro hãc q̃stionẽ.

v Trũ malũ causet a bono. Et videtur q̃ nõ. Qz oĩs effect⁹ aliq̃ mõ assimilat sue cause. sz malũ i nlĩ⁹ assimilat bono. g̃ ⁊c. Maior patet. qz q̃ sunt causatoꝝ pinsunt suis causis. vt patet in libello de causis. ⁊ p ɔñs assimilant eis. Minor autez videt esse nota. qz vnũ ɔrioꝝ nõ assimilat alteri. cũ maxie a se inuicẽ distẽt. vt patet i pdicamẽtis. sz bonũ ⁊ malũ sunt ɔria. vt patz ibidẽ. Contra. illud qd̃ pcise originat ex aliq̃ h̃ causat ex illo. sz aug⁹. dicit i enchiridiõ q̃ malũ ñ pt oriri nisi ex bono. Hic q̃ttuor sunt videnda. Primo vtz malũ dicat aliquã naturã positiuã. Secũdo de eo qd̃ queritur. Tercio vtz malũ culpe possit corrumpere totuz bonũ. Et quarto vtz possibile sit esse aliqd̃ puz malũ.

Articulus primus

Quãtum ad primũ est aduertẽdũ q̃ aliq̃d dicere naturã positiuã pt dupliciter itelligi. Uno modo directe ⁊ p se. Alio mõ indirecte ⁊ ɔnotatiue. Et sm hoc pono duas ɔclusiones. Prima est q̃ malũ directe ⁊ p se ñ dicit aliquã naturã positiuã. Qz illd̃ qd̃ tm̃ dicit priuatõez nõ est ens positiuũ. malũ ẽ hmõi. Maior patz. qz puatio de se est nõ ens. vt patet pmo phisicoꝝ. Minor etiam patet. quia malum non est aliud

Prima cõclusio.

1

UVA. BHSC. IyR_066

2 nisi priuatio boni. P. illud qđ sic se habet q̄ q̄to magis intendit tanto min⁹ dicit ō entitate ⁊ tanto magis tollit perfectōez ⁊ entitatem. illud ꝑm se nullā dicit naturā positiuā. malū est hmōi. Propter hꝯ em̄ dicit ph̄s. iij. ethi. Malū seipm̄ corrūpit ⁊ si integr̄ sit imputabile fit P. bonū dicit equaliter enti. vt dicit. i. ethi. igit oēm illud qđ dicit entitatem positiuā. optet q̄ sit bonū. ⁊ p ꝯsequēs si malū diceret ꝑm se aliquā naturā seu entitatē positiuā. tūc malū esset bonū. qđ est impossibile.

3

4 P. Dama. lib. ij. c. iij. ait. Nihil aliud est malū q̄z priuatio boni. Itē augustin⁹. xij. de ciui. dei. c. vij. ait. Malū se habet ad intellectū sicut tenebra se habet ad oculū seu ad visum. ⁊ silentiū ad auditū. Sz cōtra istud picagorici ac manichei qui oppositē vident fuisse opinionis possent sic instare. Oēm qđ corrūpit aliq̄d agit in ipm. ⁊ p ꝯsequēs dicit entitatē positiuā. qz agere p̄supponit esse. sed malū corrumpit bonū. vt patet. iij. de di. no.

Opio contraria.

1

2 P. quicq̄d a deo creat est ens positiuū. sed malum a deo creat. in ꝓta illud Isaie. xlv. Ego dñs faciēs pacē. ⁊ creans malū. P. in hoc differt oppositio ꝯtraria a ꝯtradictoria ⁊ priuatiua. q̄ dicit ens reale ⁊ positiuū in vtroq̄z suoz extremoz. sz bonū ⁊ malū sunt ꝯtraria.

3

4 vt patet in libro p̄dicamentoz P. illud qđ intendit ⁊ remittit est ens positiuū. malum est hmōi. ergo ⁊c. Forte dicet ad istud q̄ malū intendit ⁊ remittit p accidēs. puta ratione maioris vel minoris boni qđ corrūpit. maius em̄ malū est homicidiū q̄z adulterū. qz maior bonū corrūpit. ⁊ maius malū est patricidiū q̄z simplex homicidiū.

Instantia

Solutio.

5 Istud nō valet. quia causa nō intendit nec remittit ꝓpter intensionē ⁊ remissionē effect⁹. sz potius econuerso. sz malū est causa corruptōis ipsius boni. P. malū qđ ab aliq̄ refutat est maioris entitatis q̄z bonū qđ ab eo appetit. ergo tale malum erit ens positiuū. Cōsequētia patet. Probo antecedēs qz ouis refugit p̄sentiā lupi ⁊ appetit absentiam lupi. ergo p̄sentia lupi est qđdaz malū. ⁊ absentia ei⁹ qđdā bonū. qz bonū est qđ oīa appetūt. vt patet ꝑmo ethicoz. ⁊ malū econtra qđ oīa fugiūt. sz p̄sentia lupi est formaliter maioris entitatis q̄z absentia ipsius. g̃ ⁊c.

Solutio. Ad. 1.

Sz ista nō ꝯcludūt. Ad primū igit dicēdū q̄ malū sumptū in ꝯcreto dicit agere ratione implicatōis subiecti in quo fundat. Si aūt sumit in abstracto puta ipa malicia. tunc non agit. ⁊ si dicit ipm malū aliq̄n corrūpere hoc nō est intelligendū actiue sz formaliter. qz malū ꝑm se abstracte sumptū ē formaliter ipa corruptio boni vel corruptū esse ipsius boni sicut cecitas est corruptio visus. Ad secūdū dicendū q̄ minor cū sua ꝓbatōne intelligenda est de malo pene. q̄ quidā pena dū inferta iusto iudice. q̄uis sit malū ꝑm q̄d puta respectu appetit⁹ illius cui infert seu infligitur pena. est tamē qđdam bonū simpliciter cū implicet virtutē iusticie. Ad tertiū dicendū q̄ bonū ⁊ malū opponunt nō ꝯrarie sz opponunt priuatiue. Ad ꝓbationē dico. q̄ ph̄s loquit ibi multū large de ꝯrarijs. sicut etiā primo ph̄isicoz. dicit formā ⁊ priuationē ꝯtraria esse principia. Ad quartū dicendū q̄ susceipe magis ⁊ min⁹ pt ꝯtingere dupliciter. Uno modo p accessum ad formā aliquā seu ꝑm maiorē ⁊ minorē participatōez alicui⁹ forme. ⁊ sic maior est vera. Alio modo non ꝑm participationē forme. sz ꝑm maiorē ⁊ minorē corruptionem forme. ⁊ sic maior nō est vera.

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 4.

Ad instantiā dico q̄ malū nō est causa effectiua corruptōis boni. sz est formaliter ipa corruptio boni. Alias inuenit talis additio. Rñsio etiā ad instantiā licet aliquā cōtineat veritatē loquendo de causa simpliciter positiua. tñ nō est vera loquēdo de causa priuatiua. hec em̄ dicit mala vl peior. put illud qđ priuat est bonū vel melius. ꝓpter qđ dicit vij. ethi. q̄ pessimū opponit optimo. Ad quintū dicendū q̄ ouis fugit p̄sentiā lupi. qz fugit priuationē sue ꝓprie entitatis q̄ posset sibi accidere p̄sentiā lupi. Appetit aūt ēe absentiā lupi nō ꝓpter nō entitatē ipsius absentie sz ꝓpter ꝯseruationē sue ꝓprie entitatis ⁊ permanētiā. Igit p seipa ouis appetit entitatē ⁊ esse. ⁊ refutat priuationē ⁊ nō esse. Ex q̄ patet. q̄ antecedēs nō est vez.

Ad. 5.

Secūda ꝯclusio est q̄ ipm malū ꝓnotatiue dicit naturā positiuā. qz ipm malū fundatur in ente positiuo. Nā priuatio dicit aptitudinē in subiecto. sz malū est priuatio boni. ergo semp ipm malum dicit carentiā bonitatis debitā illi rei q̄ dicit mala. ⁊ p ꝯsequēs necessario ꝓnotat ens positiuū.

Secunda conclusio.

1

2 P. priuatio ⁊ habit⁹ apta nata sunt fieri circa idē subiectū. sz habit⁹ oppositus malicie. s. ipa bonitas est in ente positiuo. ergo et ipa malicia.

3 P. vi. metha. dicit q̄ verum et falsum sunt in aia. bonū aūt ⁊ malū sunt in rebus. ergo ⁊c. Sz ꝓtra istud pt instari sic. Si malū fundaret in ente positiuo. tūc malū fundaret in bono. ꝯsequētia patet. qz bonū dicitur equaliter enti. vt patet ꝑmo ethicoz. Falsitas ꝯsequētis potest multipliciter ꝓbari.

Instantia

UVA. BHSC. IyR_066

Dist. xxxiiii.

1 Primo sic. Unū oppositorū nō est subiectū alterius. sz bonū z malū sunt opposita Secundo sic. oīe fundatū in aliq̄ nouit illud in q̄ fundat. g̃ bonū esset malū si malū fundaret in bono. Tercio qz bonū est qđ oia appetunt. vt dicit. i. ethi. sz illud qđ subiicit malo nō est appetibile. nullus em̃ appetit esse in miseriis. Quarto qz dyonisius. iiij. de di. no. ait. q̄ malū neq; est existēs neq; in existētibus. Et hoc dyonisius ibidē probat p hoc. quia oīe existens est bonū. malū aūt nec est bonū nec est in bono. Rñdeo. p̄cedo p̄sequētiā. sz nego sallitatē p̄sequētis. qz phis. iij. metha. in hoc distinguit priuatōes a negatōe. qz priuatio est negatio in subiecto apto nato. cū igit malus sit priuatio. z oīe subiectū vt est ens seu existens sit bonū. eo q̄ bonū vnū z ens conuertant vt patet. iij. metha. ideo necessario malū fundat in aliq̄ bono. Et ista est intētio augustini xiij. de ciui. dei. vbi ait. Mala nō nisi i bonis esse possunt. Magister etiā ait hic i glā. Qui recte acuteq; sapit. non nisi in bono malū esse intelligit. Ad primā igit probationē dicēdū q̄ bonum tripliciter sumit. Uno modo p ipa rei perfectōe. sicut claritas visus dicit bonū ipi⁹ oculi. z perfectio virtutis bonū aie. Alio modo sumit bonū p ipo subiecto qđ est aptū natum habere hmōi perfectionē. z sic ipe oculus vel aia dicit bonū. Tercio modo sumit p ipa re perfecta. z sic cōplectit vtrūq;. Primo modo ñ est subiectū ipi⁹ mali. sz est habit⁹ p̄uatiue opposit⁹ ipi malo. qui tollit z corrumpit p ipm malū. Sz bonū secūdo modo dictū est subiectū ipsi⁹ mali. qz ens in potētia est subiectū tam habit⁹ q̄z priuatōis ñ simℓ sz alternatiz Et p hoc patet ad secūdū. qz bonū secūdo modo dictū put actu priuatū est sua debita perfectōe est actu malū ppter actualē inexistentiā priuatōis sue debite perfectōis. q̄uis sit potētia bonū ppter aptitudinē quā habet ad hmōi perfectionē. que quidē aptitudo nūq̄z totaliter tollitur manēte natura rei. Et ideo oīe malus ineſt alicui bono. Ad tertiū dicendū q̄ licz subiectū ipi⁹ mali z priuatōis nō sit appetibile ratōe qua subiicit priuatōi. i. tñ ratōe aptitudinis quā habet ad suā perfectōez bene est appetibile. Ad quartū dicendū q̄ p illa p̄ba nō intēdit dyonisius negare quin malū p modū priuatōis sit in existētibus. sz solū intendit negare q̄ insit p modū accidētis positiui. Et cum ait dyonisius q̄ malus non est in bono. ibi accipit bonū p bono primo modo dicto. ergo ꝛc.

Solutio.

Ad primā pbationē.

Ad. 2.

Ad. 3

Ad. 4.

Quātū ad secundū

Articulus secundus.

principale possent poni quattuor conclusiones p̄m quattuor genera causaz. de tribus tñ generibus causaz breuiter me expediēdo dico primo q̄ malū nō habet causaz formalē. qz illud qđ p se est priuatio forme nō habet causaz formalē. malū est hmōi. vt patet ex p̄cedētibus. Secūda cōclusio. Secundo dico q̄ malū habet causaz materialez siue subiectiuā. qz priuatio nō est simpleꝛ negatio. sz est negatio in subiecto determinato z apto nato. Tercio dico q̄ malū habet causam finalē p accidēs. puta inquantū est diuinctū alicui effectui q̄ p se ordinabilis est in aliquē finē. Quarto dico q̄ causa efficiēs immediata ipi⁹ mali est aliqđ bonū deficiēs seu defectiuū. causa p̄o remota ipsi⁹ mali est aliqđ bonū qđ nō vt deficiēs sz vt perfectū est causa alicui⁹ boni p se. ad cui⁹ causationē sequit̄ p accidens z p̄ter intentōez agētis aliqđ malū annexū tali bono. Uerbi gratia. causa immediata mōstruositatis q̄ est in fet⁹ formatōne est qđdā bonū deficiēs. puta virt⁹ seminis insufficiens. Illi⁹ aūt malicie q̄ est in semine causa ē alia qlitas q̄ alterat semē. ad cui⁹ alteratōem sequit̄ p accidēs insufficiētia seminis. Ista igit virt⁹ nō agit vt imperfecta vl vt deficiēs bonū. imo quāto est sufficiētior z perfectior: tāto magis p se similitudinē suā inducit in semine. ad cui⁹ maiorē inductionē semp p accidēs sequitur maior malicia seminis relꝛectu formationis ipi⁹ fet⁹. Etiā ex pte hūane voluntatis istud aliq̄ modo p̄t declarari. Nā hūana voluntas put actualiter nō attēdit ad iudiciū recte ratōis z legis diuine. est quasi qđdam bonū deficiēs. z eadē volūtas put p se fert in aliqđ bonū p̄m q̄d. puta in carnalē delectatiōnē sepi⁹ fert in malū simpliciter. annexū tali delectatōi. puta i inordinatā adulteriū actōez Et videt esse intentio dyonisij. iij. de di. no. vbi ait. q̄ malum nō agit nisi virtute boni Et ibidē ait. q̄ omnū malorū principiū z finis ē bonū. Inuenit alias talis additio Propter predictā nō attentionē volūtatis sepius ipa voluntas nō debite posita incaute eligit ea q̄ agēdis. Hāc aūt nō attentōnez sepe incurrit volūtas ex motōe positiua q̄ a rebus mundanis allicit. q̄ allectio q̄nto suo modo ē maior z perfectior: tanto magis impedit tā dicta attentio volūtatis. Est etiā h̄ aduertendū q̄ licz iā dicto modo sili⁹ p̄tingat malū in naturalibus z moralibus. tñ in h̄ est dissimile q̄ p̄ter iā dictum

UVA. BHSC. IyR_066

modū peccādi volūtas ex mera sua liberalita
te pt peccare nō obstāte recte rōnis iudicio. p
ut supri⁹ declarauī. dist. xxv. Nec in additō
ne pdicta Sz ōtra pdictas clausulas isti⁹
ārte cōclusionis mltipliciter pt instari. z etiā
de facto ab aliquibz doctoribz instat ōtra pri
mā sic Si bonū esset causa mali inquantū de
ficiens. tūc phaberet in se effectū z malū ante
qz causaret malū. z tūc de illo malo queritā q
causet. z sic vel ibit in infinitū qd est impossi
bile. vel oportet deuenire ad vnū primum ma
lum qd est causa omniū maloz. qd est supri⁹
reprobatū in pncipio isti⁹ secūdi libri. z sili
primo libro. dist. ij. q. i. vel oportet dicere q
bonū perfectū z nō deficiēs sit imediata z p se
causa mali. qd est ōtra primā clausulā isti⁹cō
clusionis. P. si bonū inquantū deficiens es
set causa mali. tūc de⁹ qui est bonū oīno in
deficiēs nullū malū posset causare. qd est fal
sum saltez de malo pene. Juxta illud Amos
iij. Nō est malū in ciuitate qd de⁹ nō faciat.
P. effect⁹ inquantū effect⁹ potest esse cau
sa imediata boni. ergo bonū inquantū bonū.
z p cōsequēs nō inquantū deficiens potest esse
imediata causa mali. cōsequentia patet. phāt
antecedēs. qz enigma fidei inquantū inclu
dit obscuritatē est causa meredi. cū fides nō
habeat meritū cui humana ratio pbet experi
mentū. P. si volūtas esset causa peccati in
quantū deficiēs. aut hoc bonū ppter cui⁹ ab
sentiā dicit deficiēs de iure debet inesse volun
tati z nō inest. z tūc pena pcederet culpaz. aut
nō debet inesse volūtati. z tūc ratōne carentie
talis boni volūtas nō dicet bonū deficiens. si
cut nec lapis dicit bonū defectuū ppter carē
tiam virtutis visiue. Cōtra secundā clau
sulā qua dixi. q bonū inquantū bonū potest
esse causa alicui⁹ mali. quāuis p accidēs. po
test sil'r argui sic. Oīs causa per accidēs re
ducit ad causam p se. igit si malū habet causā
per accidēs. videt q etiā debeat habere causaz
p se. P. qd euenit in actōne pter intentōez
agētis excusat peccatū. sicut credēs percutere
hostē reipublice z pter intentionē peutit pa
trem excusat in decretis a patricidio. Sz istō
qd p accidens euenit pter intentionē euenit.
igit si malū euenit per accidēs. null⁹ faciendo
malū peccaret. P. effect⁹ p accidēs euenit
vt raro. sed malū euenit vt i pluribz. ergo ꝛc.
P. natura p se est causa eoz que naturali
ter fiūt. vt patet secūdo phisicoz. Sz aliq ma
la z aliqui defectus naturaliter eueniunt. vt
moz⁹ senectus infirmitas z cetera huiusmo
di. P. oīe bonū vel est bonū in actu vel in
potentia. sed neutz istoz potest esse causa ma
li. Nō quidē bonū in actu. qz hoc tollit z pri
uat per malū. Nec bonū in potētia potest esse
causa mali in actu. Nā effect⁹ in actu requirit
causaz i actu. vt patet. ij. phisicoz. Ad pri
mum igit dicendū q illud malū qd est in bo
nitate deficiente causat a bono nō deficiēte per
accidens tamē vt dictū est in secūda clausu
la. z hoc in naturalibz. In actibz aūt humā
nis illi⁹ deficiētie q volūtas actualiter nō at
tendit ad recte rationis iudiciū z diuine legis
mandatū nō oportet aliū assignare causaz qz
libertatē ꝛtradictōis humane volūtatis. Et
ideo nec in naturalibz nec in humanis est pro
cessus in infinitū. nec etiā dat vnū primū ma
lum cuius bonū nō sit causa per se ipsi⁹ mali.
Ad secundū dicendū q de⁹ nulli⁹ mali est
causa per se. Un etiā ipm malū pene est a deo
per accidens. quia de⁹ p se causat bonū virtu
tis iusticie. ad qd per accidēs sequit malū pe
ne. Ad tercū dicendū q obscuritas fidei
nō est per se causa illi⁹ meriti. sed volūtas bo
na rationē captiuās in obsequiū fidei. q gra
tia dei sibi cooperāte sponte cōsentit. ppter deū
talibz que nō videt. hec est p se causa iā dicti
meriti. Ad quartū dicēdū q defect⁹ qui p
intelligit in volūtate ante peccatū puta illa ñ
actualis attentio iudicij recte rationis z legis di
uine nō est culpa neqz pena anteqz voluntas
pgrediat in actū electōnis. qz ante huiusmo
di actū volūtas nō tenebat ad talē actualē at
tentionez. z potuit ea carere sine oīi malicia
ex sola sua libertate. Sed talis negatio seu ca
rentia accipit rationē culpe ex ipa applicatio
ne ad actū pdictū. qz ex huiusmodi applicati
one illa actualis attentio debita efficit q ante
nō fuit debita. Etiā potest dici q hmōi de
fectus potest reduci ad malū pene que pena
quāuis pcedat peccatū actuale. tamē sequit
peccatū originale. Nā ppter fomitē derelictū
in homine ex peccato originali voluntas ho
minis sic allicit a rebz temporalibz. z p cōse
quens sic distrahit. q quādoqz non attendit
ad rectū iudiciū rationis. Ad primū ōtra
secundā clausulā dicendū q sicut causa p ac
cidens reducit ad causaz p se. ita effect⁹ p acci
dens reducit ad effectū per se. z qz in pīenti lo
quimur de malo vt est effect⁹ per accidēs. ideo
nō oportet ipsi malo assignare causam p se sz
sufficit ipm malū esse cōiunctū tali effectui q
habet causam per se. Ad secundū dicendū
q qñ agēs oēz diligētiā quā debuit adhibuit

Cōtra qr
tā cōclusio
nem.

Cōtra pri
mā clausu
lam.

1

2

3

4

Contra se
cūdā clau
sulam.

1

2

3

4

5

Solutio
pro prima
clausula.
Ad. 1.

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 4.

Solutio
p secunda
clausula.
Ad. 1.

Ad. 2.

UVA. BHSC. IyR_066

qđ tunc in sua actõne euenit ꝓter suã intentõnem excusat a peccato. Sed sic nõ est in ꝓpõsito de malo peccati. quia peccator nõ adhibz debitã diligentiã. nec resistit peccato quantũ resistere potest.

Ad.3. Ad terciũ dicendũ ꝙ non oĩe per accidens euenit vt raro. quia generaĩ per accidens intendit corruptionẽ. nã si poĩset generare sine corruptõne tũc penitus nihil corrũperet. & nihilomin9 tot sunt corruptões quot sunt generatões. cũ generatio vni9 sit corruptio alteri9. per accidẽs eñ euenies vt raro nõ est quodcũqz per accidẽs. sed tale per accidẽs qđ dicit fortuitũ aut casuale. vt patet. ij. physicoꝝ.

Ad.4. Ad quartũ dicẽdũ ꝙ quãuis talia naturaliter euenĩãt inquantũ oĩa illa dicũtur naturaliter euenire q̃ ex necessitate materie euenũt. tamẽ nõ sunt per se intenta ab agente naturali.

Ad.5. Ad quintũ dicẽdũ. ꝙ causa mali nec est bonũ in actu qđ ꝓuat ꝙ hmõi malũ. nec est bonũ in potentia in q̃ fundatur hmõi malũ. sz est bonũ qđ ẽ agẽs qđ inducendo vnã formã expellit aliã. & relinquit maliciã ꝓuationis talis forme expulse i subiecto qđ est bonũ in potentia. Alias talis additio inueniẽt. Malũ etiã culpe causat a voluntate ac a rebz mouentibz & allicientibz voluntatẽ. que bone sunt. cũ a deo create sunt.

Articulus terciꝰ. # Quantũ ad terciũz

articulũ est aduertendũ ꝙ triplex est bonũ qđ aliquo modo ledit seu destruit ꝓ ipm malum culpe. Primũ est bonũ gratie. Secundũ bonum nature cõsiderate ꝑm se. Et tercium bonum nature cõsistens in quadã naturali habilitate. Et ꝑm hoc possũ ponere tres breues ꝯclusiones.

Prima cõclusio ꝯclusio Prima est ꝙ bonũ gratie totaliter tollit vel destruit ꝓ malũ mortalis culpe Quia q̃ incõpossibilia sunt in eodẽ subiecto vno aduenĩẽte destruitur & cedit alterz. culpa mortalis & gratia sunt in eodẽ subiecto incõpossibilia. vt patet ex dictis superi9. ergo ꝛc.


2

3

Ꝑ. istō ꝺfirmat ex dictis alioz sic. Que distinctis p̄ceptis negatiuis phibent in lege illa habent distinctas ratōes illiciti. 7 p ꝺsequēs habent distinctas 7 ꝓprias malicias. Sz peccatum q̄tū ad actū exteriorē 7 interiorē phibet distinctis p̄ceptis negatiuis. vt patet exoꝺ. xx. vbi act⁹ exterior phibet hoc p̄cepto. nō mechaberis. 7 actus interior h̄ p̄cepto. non ꝺcupisces vxorē ꝓximi tui. Et act⁹ exterior furādi phibet cū ꝺicit. nō furaberis. sz act⁹ interior cū ꝺicit. nō ꝺcupisces rē ꝓximi tui. Ꝑ. sup illud ad Ro. i. plenos homicidijs. ait glosa. Pluraliter ꝺcit homicidijs. qz aliud est homicidiū volūtatis. 7 aliud est homicidiū operis.

4

5

Ꝑ. multiplicato subiecto multiplicat etiā accidēs. ergo multiplicata actōe ædformitas multiplicat ædformitas. Sz act⁹ exterior 7 interior sunt duo act⁹ quoz ædformitas est ipm peccatū. g̃ ꝛc. Ꝑ. peccator nō efficit magis malus nisi ꝑ additionē peccati. sed eliciēs malū actū interiorē est peccator. 7 idē eliciens actū exteriorē puta cōmittens adulteriū post ꝺcupiscentiā efficit magis mal⁹. ergo p actū exteriorē addit peccatū sup peccatū actus interioris

6

Ꝑ. sup istud ps. appone iniquitatē sup iniquitatē eoz. ꝺcit glosa. qui op⁹ addit volūtati. iniquitatē addit iniqtati. Ꝑ. iust⁹ iudex nō infligit maiorē penaz nisi p pluribz et maioribz ædlictis. sz a iusto iudice magis punitur q̄ peccauit volūtate 7 ope. q̄ volūtate tantū. g̃ ꝛc. Ꝑ. sicut charitas qua diligit ædq̄ et ꝓxim⁹ est gemina charitas. sic peccatū q̄ offendit sol⁹ ædq̄ 7 peccatū q̄ offendit ꝓxim⁹ est geminū peccatū. Sz mala ꝺcupiscentia nondū expleta ope offendit sol⁹ ædq̄. cū vero expletur ope offendit ꝓxim⁹. g̃ ꝛc. Sz istis nō obstantibz teneo ꝺclusionē ꝓximā. eo q̄ ipa sit ædintentōe venerabilis doctoz. Un̄ frater Egidius sup hac. xliij. ꝺist. ait. Si ædq̄ disceptando cū mēbris cozpalibz ꝺiceret manui tu occidisti. 7 ꝓꝺi ad malū locū iuisti. possent manus 7 ꝓꝺes ac omnia alia mēbra respondere ædo q̄ ꝺña eoz volūtas hec iussit 7 ædq̄ indidit eis ordinē h̄ūc q̄ obediāt volūtati. Et ideo si esset aliud peccatū in actu exteriori q̄uis peccatū ipi⁹ volūtatis imperantis talē actū. tūc hmōi peccatū retorqueret in ipm ædū. q̄ legē hāc omnibz alijs tā mēbris q̄uis potētijs indidit vt obediant volūtati. Et hec videt esse intentio anſ. in lib. ædceptu virginali. c. iij. vbi in p̄sona mēbroz exteriorē loquēs sic ait. Deꝰ nos 7 ptātem nostrā q̄ est in nobis subiecit volūtati vt ad imperiū ei⁹ nō possim⁹ non mouere nos. 7 nō facere q̄ vult. Et iubdit q̄ mēbra possunt ꝺcere obediēdo volūtati. Obedim⁹ ædo q̄ nobis hāc legē ædit.

Ꝑ. cū null⁹ act⁹ sit peccatū nisi sit volūtari⁹. 7 eodē velle sit voluntari⁹ act⁹ interior 7 act⁹ exterior. put sunt simul iuncti. ideo licet act⁹ interior 7 exterior sint duo act⁹. tm̄ nō erūt duo peccata. nec per ꝺsequēs due malicie. vt isti ꝺtra ꝺclusionē arguentes videnť innuere. Ad h̄ vero q̄ expediti⁹ soluant ratōes istoz pono secūdā ꝺclusionē ĩuncta secundū mēbz pmisse distinctōis. 7 est hec. q̄ mala volūtas accepta vno tpe sine actu exteriori 7 alio tpe ad hmōi malā voluntatē iteratā ꝺiungit act⁹ exteriorz. tūc sunt duo peccata. qz vbi duplex est mal⁹ act⁹ volūtatis ibi duplex est peccatū. Sz illo casu posito ꝓpter iterationē male volūtatis est ibi duplex mal⁹ act⁹ voluntatis. g̃ ꝛc. Unde nō sunt ibi duo peccata. ex eo q̄ act⁹ interior ꝺnumerat actui exteriori. sz potius ex eo q̄ interior ꝺnumerat actui interiori.

7

8

9

Lōtra sco tum. 1

Secunda ꝺclusio

Solutio. Ad. 1.

Ad primū argumentū ꝺcendū q̄ licet p illā autoritatē bn̄ habeat

UVA. BHSC. IyR_066

q̄ ꝯcurrēte actu extrinseco cū intrinseco pecca
tū sit grauꝫ ceteris paribꝫ. tñ ex hꝫ non habet
Ad.2. q̄ sint duo peccata. Ad secundū dicendū
q̄ p malicia intelligēdo peccatū. tunc nihil de
malicia est in actu exteriori formaliter. qz vt
sic tota malicia est i volūtate. Et ideo nō est
ad ꝓpositū qđ iste doctor adducit de ꝯclusio
ne. qz ꝯclusio habet veritatē distinctā a veri
tate ꝑncipij. dato em̄ q̄ nulla mentio fieret đ
ꝑncipio. adhuc tñ ꝯclusio esset vera veritate
demonstrabili. ꝑncipiū aūt est vez veritate
indemōstrabili. Vñ ꝯclusio ñ habet veritatē
suā a ꝑncipijs. q̄ꝫ euidentia siue veritatis
q̄ ad nos possit hre ex ꝑncipijs. Sz actꝰ ex
terior de se nō dicit aliqđ peccatū. et si imputa
bilis esse debet oꝑtet q̄ hꝫ sibi ꝯueniat inq̄tuz
Ad.3. ꝯiunctꝰ est actui volūtatis elicito q̄ ipe ē im
peratꝰ. Ad tertiū dicendū q̄ actꝰ interior et
exterior nō ꝓhibent distinctis ꝑceptis vt cō
Ad.4. iuncti. sz vt sepatim accipi possunt Ad q̄r
tū dicēdū eodē modo. Nā cū volūtas et opꝰ
sepatim accipiunt modo q̄ dixi in secūda cō
clusione. tūc possunt dici duo homicidia. sz
nō vt simul sunt tūc em̄ sunt vnū homicidiū
Ad.5. pfectū. Ad quintū dicendū q̄ ꝓprie loq̄n
do de subiecto peccati. tūc nō multiplicat ibi
subiectū peccati. qz sola volūtas ꝓpriū subie
ctū est peccati. Vñ accipiendo deformitatē ꝑ
peccato tūc actꝰ exterior nō dicit deformis de
nominatōe intrinseca. puta deformitate que
formaliter sit in ipo. sz denominatōe extrinse
ca. puta a deformitate existēte in voluntate q̄
Ad.6. impat vt hmōi actꝰ fiat. Ad sextū dicēdū
q̄ maior nō est vera. qz pctōr ꝓt effici magis
malꝰ ꝓpter extēsionē et intēsionē eiusdē pecca
ti. Vñ sepe accidit q̄ mala volūtas intēsior et
feruētior efficit ꝯiuncta opi exteriori q̄ꝫ fuisset
sine ope. Propter qđ non sequit q̄ addat ibi
aliud peccatū. sz idē peccatū intēdit et suscipit
Ad.7. magis. Ad septimū dicendū q̄ illa glosa
accipit opꝰ et volūtatē eo modo q̄ locutꝰ sum
de eis i secūda ꝯclusione. et sic nō est ꝯtra me.
Ad.8. Ad octauū dicēdū q̄ a iusto iudice nō da
tur maior pena ei q̄ peccauit actu exteriori q̄
teriori ꝓpter multitudinē peccatoꝝ illis duo
bus actibꝰ correspōdentiū. sz ꝓpter magnitu
dinē vniꝰ et eiusdē pcti. q̄ magnitudo ꝓt attē
di et extēsiue et intēsiue. Extensiue quidē eo q̄
hmōi peccatū sit ꝑ se et ꝑ ꝑmū. vl̄ ꝑ ples
primos. vl̄ qz intulit pl̄a dāna et maiora. Ex
his et ꝯsimilibꝰ peccatū dicit maꝰ extēsiue eo
q̄ ad plura et maiora dāna se extēdat. Intēsi
ue vero si ex ꝑsentia opis volūtas magꝫ intē
dit et magꝫ effrenate i ipa delectatōe resoluit.
et cū maiori ꝯtemptu ꝓrumpit in ꝓhibitam
operatōez. Etiā isto modo debet itelligi il
lud qđ circa istā materiā dixi supraꝰ. dist. xl.
arti. q. ꝯclusione ꝑma. Ad nonū dicēduz Ad.9.
q̄ q̄uis charitas dicat gemina obiectiue eo
q̄ obiectū eiꝰ sit geminū. i. ꝑncipale et secūda
riū puta deꝰ et primꝰ. tñ charitas formaliter
est vnꝰ habitus. Sic licet duobꝰ vel pluribꝰ
actibꝰ simꝫ iūctis ꝯtingat aliquē peccare. tñ ē
vnū peccatū q̄ꝫ actꝰ sint distincti.

Quātum ad secun dū articulū duo sunt videda. Primo vtz in

Articulus secundꝰ

veniali pcto sit auersio a deo. Secōo de q̄sito
Et ꝑm hꝫ pono duas cōclusiones. Puma
est q̄ ꝑ veniale pctm̄ ñ auertit hō ab vltimo
fine seu ab ipo deo. Qz gra manēte in hoīe ñ
auertit hō ab ipo gre largitore. sz peccāte aliq̄
veniali pcto tm̄ manet i eo gra dei. vt patz sā
ctoz autoritatibꝰ. Patet etiā rōne. qz solū
q̄ mortē mortal̄ pcti excludit gra q̄ ē vita spi
ritualis aie. gra em̄ dat esse spūale. vt patet ex
dictis supius. sz viuere viuentibꝰ est esse. vt
dicit. ij. de aia. Forte dicet cōtra istud sic. Instantia I
Sine illo qđ est formale in oīi pcto. nō ꝑt
esse aliqđ peccatū. sz auersio ab incōmutabi
li bono est formale in oīi pcto. et peccatū ve
niale est peccatū. g̃ peccatū veniale nō pote
rit esse sine auersione a deo. q̄ solꝰ est incōmu
tabile bonū. P. oīe qđ polluit aiaz hꝫ auer 2
tit ab eo qđ ē oīno puꝝ et imaculatū bonū.
sz veniale peccatū pollut aiaz. g̃ ꝛc. Maioꝛ
patet. Minoꝛ ꝓbat̄ autoritate augustini d̄
vi. lib. musice sue ait. Amoꝛ inferioris pulcri
tudinis pollut aiaz. sz veniali peccato aliqs
amoꝛ exhibet rei create. quā augustinꝰ appel
lat inferiorē pulcritudinē P. in oīi motu 3
q̄ꝫtū mobile ꝯuertit ad terminū ad quē. tātū
auertit a termino a q̄. sz ꝑ peccatū veniale vo
luntas hoīs aliq̄ modo ꝯuertit ad bonū cō
mutabile. g̃ aliq̄ modo auertit a bono incom
mutabili. et ꝑ ꝯsequens videt q̄ totaliter se auer
tat. qz simpleꝛ a quocunq̄ se auertit totaliter
se auertit. et ad qđcunq̄ se ꝯuertit totaliter se cō
uertit cū nō habeat ptē et partē. sz aīa hūana ē
simpleꝛ. g̃ ꝛc. Ad ꝑmū dicēduz q̄ minoꝛ Soluti
nō est vera. qz aūsio licet sit formale i peccato Ad.1.
mortali. tñ nō i veniali. q̄ꝫ em̄ veniale pec
catū aliq̄ modo disponat ad auersionē ab in
cōmutabili bono. tñ formaliter et ꝑfecte ñ im
plicat hmōi auersionē. Ad secūdū dicēdū Ad.2.

UVA. BHSC. IyR_066

q̄ aīaz pōlui p̄t dupl'r itelligi. Uno mō p ex/
clusionē mūdicie cū iclusione ꝛeformitatis et
imūdicie. ꝛ tal' pollutio aūtit ab incōmutabi
li bono. qđ ē omino puꝝ. ꝛ h̄ solū fit p̄ morta/
le pctm̄. Alio mō p aliqlē diminutōez mūdi
cie ꝛ dispositōez ad imundiciā. ꝛ tal' pollutio
fit vēiali pcto. nec aūtit ab incōmutabili bo/
no. p̄mo mō accipiēdo pollutōez maioꝛ ē ꝑa
ſz minor ē falſa. Scđo mō accipiēdo polluti
onē tūc ecōuerſo minoꝛ ē ꝑa. ſz maioꝛ ē falſa.

Ad.3. Ad terciū dicēdū q̄ ſic̄ videm⁹ i motu coꝛ
poꝛali aīaliū. q̄ aīal q̄nq̄ mouet motu p̄ceſſi
uo. ꝛ tūc q̄ſtū capit ꝺ termio ad quē tm̄ dimit
tit ꝛe termino a q̄. Sz aliq̄n mouet motu ex/
tēſiuo. ꝛ tūc ſic capiet nouū terminū q̄ tn̄ nō
dimittit locū in q̄ p̄i⁹ q̄euit. q̄uis maioꝛē lo/
cū occupet q̄ p̄i⁹ occupauerit. Si l'r i ꝓpoſi/
to q̄ſtū ad p̄imū motū mouet aīa. vl' p̄ccatū
moꝛtale cōmittēdo. q̄ tūc q̄ſi motu p̄ceſſiuo
ꝛeliq̄t incōmutabile bonū. ꝛ ꝓiungit ſe cō/
mutabili bono. vl' p verā p̄ñiaz pctm̄ moꝛta/
le diluēdo. tūc em̄ p̄cedit a cōmutabili bono.
ꝛ ꝓiungit incōmutabili bono. Sz ſcđo mō
ſcīlicet motu extēſiuo mouet aīa venialit̄ pec
cando. ꝛ ī nō optet q̄ auertat̄ a termino i q̄
p verā charitatē p̄i⁹ q̄euit. licet ſuo ꝛeſiderio
aliq̄ modo extēdat ſe ad aliq̄ q̄ ſunt citra illuz
Secunda ꝓclūſio terminū. puta citra ꝛeū. Scđa ꝓclūſio eſt
q̄ auerſio a bono incōmutabili q̄ aīa auertit̄ a
ꝛeo tāq̄z ab vltimo fine. ꝛ ꝓuerſio ad bonū cō/
mutabile q̄ hō finaliter adheret creature ē vnū
pctm̄ ꝛ n̄ pl'a. Qz ſic̄ in motu locali receſſus a
termino a q̄ ꝛ acceſſus ad terminū ad quē nō
ſunt duo moꝛ⁹ ſz vn⁹ tm̄. ſic̄ ī ꝓpoſito auerſio
Inſtantia ab incōmutabili bono ꝛ cōuerſio ad cōmuta
bile bonū nō ſunt duo pcta ſz vnū tm̄. Foꝛ
teꝝ iſtud dicet ſic̄. Due auerſiones a ꝛeo nō
poſſunt eſſe vnū pctm̄. q̄ nec aūſio a ꝛeo ꝛ cō/
uerſio ad creaturā poterūt eſſe vnū pctm̄. An
tecedēs patet. Probat̄ conſeq̄ntia. qz minoꝛ cō
uenientia eſt int̄ auerſionē ꝛ ꝓuerſionē. q̄z inter
auerſionē ꝛ auerſionē. q̄ min⁹ faciēt vnū auer
2 ſio ꝛ ꝓuerſio. q̄z auerſio ꝛ auerſio. P. auer/
ſio a bono moꝛali ꝛ cōuerſio ad malū moꝛale
ſunt duo pcta. q̄ aūſio a ꝛeo ꝛ ꝓuerſio ad crea
turā ſunt duo pcta. Cōſeq̄ntia patet. qz plus
diſtat ꝛeꝰ ꝛ creatura. q̄z bonū moꝛale: ꝛ malu
moꝛale Illa em̄ differūt plus q̄z genere. vt pa
tet. p. metha. iſta ꝯo ſunt eiuſdē generiſ. vt pa/
tet in ethicis. Antecedēs ꝓbat̄. qz omittere ho
noꝛē parentū qđ ē auerſio a bono moꝛali. ꝛ cō
mittere adulteriū qđ ē ꝓuerſio ad malū moꝛa
le ſunt duo diſtincta pcta. Nā p̄imū ē pctm̄
omiſſionis. ſecūdū ꝯo p̄ccatū cōmiſſionis.

Ad p̄imū dicēdū q̄ ſic̄ nō obſtāte q̄ ma/ Solutio.
gis ꝓueniāt ꝓuenientia formali aīe duoꝝ hoiz Ad.1.
q̄z aīa ꝛ coꝛp⁹ humanū. tñ min⁹ ꝓueniūt ꝓue
nientia ordis ꝓſtituēdi qđā totū terciuz. qz
aīa cū aīa nunq̄z ꝓſtituit eſſentialiter vnū ter
ciū. ſic̄ faciūt aīa ꝛ coꝛp⁹. ſic̄ nō obſtāte q̄ ma
gis ꝓueniāt ꝓuenientia formali due aūſiones eſt.
q̄z auerſio ꝛ ꝓuerſio. tñ ꝓuenientia ordis ꝓſti
tuēdi vnū p̄ccatū magſ ꝓueniūt auerſio ꝛ cō
uerſio. q̄z vnū. ſ. auerſio in hmōi ꝓſtitutōne
ſe habet vt formale. alteꝝ ꝯo videlicet ꝓuerſio
ſe habet vt materiale. Ad ſecūdū dicendū Ad.2.
q̄ bonū moꝛale ꝛ malū moꝛale p̄ñt dupliciter
accipi. Uno mō vt ſp̄ēaliter ꝛ ꝓpe opponūt.
puta ꝓtinētia ꝛ luxuria ſeu mechia. Alio mō
vt ſe habēt ꝛeſpate nec oppōnunt niſi oppoſi
tione generali. puta honoꝛ parentū ꝛ adulte/
riū. Si accipiunt̄ p̄mo mō. tūc antecedēs eſt
falſuz. qz vno ꝛ eodē pcto auertit̄ hō a ꝑtute
ꝓtinētie ꝛ ꝓuertit̄ ad viciuz luxurie. Si ſcđo
mō. tūc ꝓſeq̄ntia ē falſa. qz receſſus ab honoꝛe
parētū ꝛ acceſſus ad adulteriū nō faciūt vnū
motū animi interceptū inter duos terminos
ſormaliter oppoſitos. ſic̄ faciūt auerſio ab in/
cōmutabili bono. ꝛ ꝓuerſio ad cōmutabile bo
nū. Modo ꝓſeq̄ntia nulla ē. ſi dicit. illa q̄ ñ
ſunt apta nata integrare vnū motū volūtatis
nō ſunt vnū p̄ccatū. g̃ illa q̄ formaliter ſunt
vn⁹ mot⁹ volūtatis nō ſunt vnū p̄ccatū.

Quantū ad terciū articulū pono hāc ꝓclūſionē q̄ reat⁹ manet ī aīa ceſſante actu pcti. Qz h̄ req̄rit ordo iuſti/ cie q̄ relinq̄t debite puniat̄. ſz reat⁹ eſt obliga tio ad pēnā rōe ꝑpetrati ſceleriſ ſeu delicti. g̃ ꝛc. Minoꝛ patet ex diffinitōe reat⁹. Maioꝛē p bo. qz pctm̄ nō ꝑt trahi ad debitū ordinē niſi mediāte pena. Cū igit̄ p̄imū bonū poſt bonū ducis ſit bonū ordis. ſō ne bonū ordis vniūſi dēpear. vult deꝰ q̄ eſt duꝝ ꝛ gubernatoꝛ totius vniūſi quēlibet p̄ccātē eē obligatū ad pēnā ſa tiſfactoriā. vl' ī p̄nti ſecl'o. vl' ſaltē ī ſuo. Et th⁹ videt eſſe intētio beati augu. in enchi. c. x. vbi ait. q̄ malū bn̄ ordiatū ꝛ loco ſuo poſitū emi/ nenti⁹ cōmendat bona. Et ſbdit. Neq̄z ei deꝰ omipotēs cū ſūme bon⁹ ſit. vllo mō ſineret ali q̄d mali eē ī opib⁹ ſuis. niſi adeo eſſet omipo/ tēs ꝛ bon⁹ vt etiā bn̄ faceret ꝛe malo. Foꝛte Articulus terciꝰ. Inſtantia dicet q̄ ceſſante cauſa ceſſat effect⁹. ſz act⁹ pcti ē cauſa reat⁹. g̃ ceſſante actu ñ manebit reat⁹.

Rñdeo q̄ licet maioꝛ ſit ꝑa loq̄ndo ꝛe cau Solutio. ſa efficiēte ꝛ ſeruāte. tñ ñ ē ꝑa loq̄ndo ꝛe eā q̄ ita ponit rē in eſſe q̄ tn̄ ñ ꝓſuat eā ī eſſe. Li.

UVA. BHSC. IyR_066

cet em̄ gladij impssio sit cā vulneris.extracto tn̄ gladio manet vuln⁹.modo dato ꝙ cā reatus i essendo sit ipe act⁹ pcti.nō tn̄ i ꝓsuādo. 7 ideo maior in ꝓposito est falsa.

Articulus quartus. Pria ꝓclo 1

Quātuz ad quartū

articulū pono duas ꝯclusiones. Prima ē ꝙ aliq̄ pcta sp̄ecifice distinguūt.Qz illa q̄ ꝛe sunt opposita oportet eē sp̄ecifice distincta Ista patz.qz opposita n̄ pñt esse p se i eadē sp̄ecie.sz mlta pcta sūt ꝛe opposita.vt patz d auaricia 2 7 pdigalitate.g̈ ꝛc. Secūdo sic se habz virt⁹ ad virtutē.sic viciū ad viciū.loq̄ndo de vicijs q̄ opponūt hmōi ꝛtutibꝫ.Sz largitas 7 castitas sp̄ecifice distinguūt.g̈ auaricia 7 luxuria

Conclusio secūda q̄ ipis opponūt sp̄ecifice distinguūt. Scda ꝯclusio ē.ꝙ capitalia pcta sūt septē. Istō patz p glosam sup isto ꝛbo puerb. vi. Sex sunt q̄ odit dñs 7 septimū detestat aīa ei⁹. Ista autē sūt supbia:auaricia:gula:luxuria:accidia:inuidia:ira. Istoz etiā distinctio 7 sufficientia sic hꝛi pt. Qz oē pctm̄ mortale aut ꝯtingit ex psecutōe bon i apparētis 7 n̄ existētis. vl ex fuga mali apparētis 7 n̄ exñtis. Si pmo mō tūc illd bonū vl ē bonū apparēs honorabile. 7 sic ē supbia. vl vtile 7 sic ē auaricia. vl delectabile.7h̄ duplicit. vl fm gustū.7 sic ē gula.vel fm tactū:7 sic ē luxuria. Si sc̄do mō.tunc vl hō fugit hmōi malū tāq̄ euentuz ex ꝓpo labore:7 sic ē accidia.vl ex inimica vilipēsione 7 sic est ira.vl ex aliena pfectōe:7 sic est inuidia.

Quare dicunt capitalia. Ad sciēdū añt q̄re ista septez vicia dicunt capitalia.est aduertēdū ꝙ viciū pt dici capitale.vno mō qz punit capit⁹ priuatōe.puta morte.7 sic oē pctm̄ mortale pt dici capitale.qz oē pctm̄ mortale nisi p pñaz deleat a iusto iudice punit eterna morte. Alio mō dicit capitale.qz ab ipo pl'a oriunt vicia.sic i arbore ram⁹ dicit capital'a q̄ pl'es alij rami oriunt. Et sic septē sunt capitalia vicia q̄ tā sunt enumerata.qz q̄uis vnū istoz oriat ex altero.iuxta sniaz gregorij.xxxi.moza.tn̄ q̄libet istoz pt esse pncipiū plurū specialiū viciorz.

Ad instā/tiā rnsio. Et p h̄ patet rnsio ad instantiā q̄ i ista materia cōmuniter inducit.cū dicit.Sola supbia seu inanis gl'ia ē origo oīm ceteroz vicio/rū vt oñdit grego.xxxi.moza.g̈ solū erit vnū viciū capitale Istud n̄ valet.qz sic i arbore n̄ solū illeram⁹ q̄ imediate oriť a trūco.sz etiā mlti alij rami q̄ mediāte illo pmo oriunt pñt dici capitales.dūmodo etiā ab ipis pl'es rami pcedāt.sic i ꝓposito dato ꝙ supbia sit primū oīm capitaliū viciorz.tn̄ sex alia pñt dici capitalia.eo ꝙ cetera vicia ab ipis etiā oriant.

Est tn̄ h̄ adūtendū ꝙ supbia tripliciter pt accipi. Nā supbia ē appetit⁹ excellētie. Iste ãt appetit⁹ pt ꝯtingere triplicit Uno mō fm quādā aptitudinē 7 pnitatē.iuxta illud gen. viij. Sēsus em̄ 7 cogitatio h̄uani cordis ad malū pna sūt ab adolescētia sua. Et sic supbia ꝓpe ē viciū.sz pt dici radix oīm viciorz. iuxta illd. Initiū oīs pcti supbia Alio mō put q̄s ꝯcupiscit aliquā excellētiā. Et sic supbia pt dici viciū generale.cū ois mortal' pct⁹ saltē ꝯcupiscat n̄ sbesse legi q̄ ē fm rectā rōem

Tercio mō ꝓput q̄s appetit excellētiā non quācūq̄z.sz excellētiā honoris. Et sic supbia ē q̄dā viciū spēale.q̄uis sit capitale. Nā talis supbia vl ē ianis gl'ia.vl saltē imediate ex ipa oriť ianis gl'ia.vt ptz p greg. vbi sup. Ad itelligētiā cui⁹ est aduertēdū ꝙ isti tres.s.magnanim⁹:supbus:7 vane gl'iosus versant aliq̄ mō circa idē.q̄uis diūsis modis. Uersať em̄ magnimitas supbia 7 ianis gl'ia circa excellētia honorz.alit n̄ 7 alit. Nā magnanim⁹ ꝓpe 7 directe nō appetit honorē sz dignitatez honorz. Appetit ei ꝙ sit dign⁹ honore.7 iō n̄ ē viciū sz ꝛt⁹. Nā honor n̄ exhibeť de ꝺigno nisi ꝛtuoso.cū honor sit exhibitio reuerētie i testimoniū ꝛtutis.vt patet.i.ethi. Uñ n̄ solū magnimitas ē ꝛt⁹.vez etiā singularz 7 mag ꝛt⁹ē. Nā magnim⁹ magna opaťi oīm ꝛtute qz oīm ꝛtutū opa tal'r nitiť opari.vt inde dign⁹ sit honore. Sz supbus.vel solū appetit honorē.vel saltē magz appetit honorē q̄z ꝙ sit dign⁹ honore. Sz vane gloriosus appetit hmōi excellētiā cū q̄dā claritate 7 mānifestatione. Nā fm Isid. gl'ia dr q̄si claria.7 inde dr vana gloria.q̄si vana claria seu vana claritas seu vana mānifestatio. Et qz appetiť aliq̄d pul i se.7 inde exh̄ inascit appetit⁹ sue mānifestationis 7 claritatis.iō bn̄ dic greg.i moza.ꝙ ex ipa supbia oriť ianis gl'ia q̄ ē pmū viciū capitale. Ad argumēta pncipalia pt p distinctionē i pmo articlo habitā d actu interiori 7 exteriori.

Distinctio.xliij.et.xliiij.

Bt preterea

e q̄dā genus peccati tē. Post q̄z magist⁹ determinauit generaliter d cōmunib⁹ peccatis. h̄ incipit tractare spēaliter d quibusdā culpis gūissimis faciēdo mentionē de pctōrib⁹ i spiritū sanctū peccātib⁹. Et diuidit i duas ptes. Nā pmo ꝓsiderat de hmōi pctōrz gūitate ac

UVA. BHSC. IyR_066

irremissibilitate. Scdo determiat de peccadi ptate. dist. xliij. ibi. Post pdicta. Prima in duas. Na pmo de hmoi pctis tractat penes quanda doctoz assignatoes. Scdo has culpas insinuat iuxta sctoz determinatones. ibi Est etia alia. Prima i tres. Qz primo mgr pcti i spusanctu innuit pdictoes. Scdo inqrit eiusde distinctoes. Et tercio circa pdicta monet vna dubitatione. Scda ibi Sz qrit qd sit illud pctm. Tercia ibi. Sed qrit vtru ois. Et hec i duas fm q pmo mgr monet qstione. Scdo recitat circa ea duplice opinone. ibi. Quida dicunt &c. Sequit illa ps Est etia alia &c. In q mgr de pdictis pctis tractat iuxta sctoz determinatoes. Et diuidit i duas ptes fm q pmo mgr recitat sniaz beati augustini. Scdo beati ambrosij. Secuda ibi. De h quoqz pcto. Tuc sequit illa ps. Post pdicta. q est pncipiu vltime distinctois isti⁹ secudi libri. Et diuidit i duas ptes. Qz pmo mgr tractat de potetia peccadi. Scdo incidenter determinat de potetia dnandi. ibi. Dic ozit qstio. Prima i tres. Qz pmo de causa a q habet esse potetia peccadi monet qstione. Scdo recitat circa h min⁹ vera opinione Et tercio applicat sua determinatoes. Scda ibi. Quida putat &c. Tercia ibi. Sz plibus sanctoz. Tuc sequit illa ps. Dic ozit qstio. Et diuidit i tres ptes. Na pmo mgr monet vna qstione. Scdo ex illi⁹ qstionis solutione tractadi de potetia dnandi accipit occasione. Et tercio dictoz i isto secudo libro ad dicenda in tercio facit pcinuatoes. Scda ibi. Sz sciendu est aplm. Tercia ibi. Ja nuc his

Circa has duas vltimas distinctoes isti⁹ secudi libri qro hac qstione.

v

Tru aliqd peccatu sit simpliciter irremissibile. Et videt q sic. Quia p omi pcto remissibili est ozadu vt dimittat. Sz qda est peccatu p q no e ozadu vt dimittat. iuxta illud. i. Joh. v. vbi dicit. Est peccatu ad mortem. p q no dico vt oret qs

Contra. illud malu no est simpliciter irremissibile. cui⁹ radix seu potetia e a deo. sz potetia peccadi quocuqz genere pcti est a deo. vt infra patebit. g nullu pctm e simplicit irremissibile Dic pmo videndu est. vtz sit aliqd peccatu in spusanctu. Scdo vtz hmoi pctm sit irremissibile. Et h quantu ad distinctoes xliij. Tercio videndu e. vtz ois potetia peccandi sit a deo. Quarto vtz ois potetia dominadi sit a deo. Et h qtu ad distinctoes vltima. s. xliij. isti⁹ secudi libri.

Quatu ad primum

Articulus primus

dico q plane z manifeste patz ex scripturis sacris qda pctm ee qd dicit i spusanctu. Patz ei h Matt. xij. Mar. iij. z. i. Joh. c. vlti. Et io ps̄upposito tali pcto ee duo sut videda circa ipm. Primo. s. qd sit pctm in spusanctu Scdo qt sint peta i spusanctu Quo ad

Prima in quisito.

primu e aduertendu q vt patuit supi⁹ i pmo libro. h nome spusanct⁹ qnqz accipit essentialiter. z sic conuenit ipi deitati z toti trinitati. Et sic dicit Joh. iij. Spus e de⁹. z eos q adorat eu i spu z ritate oportet adorare. Alio mo personalit. z sic solu dicit de tercia psona i diuinis. iuxta pmu modu scriptura sacra videt accipe spum cu dicit ee pctm i spusanctu. Na vt sic hmoi pctm distinguit a blasphemia illa ta dno nro ihu xpo q ad sua hanitate. Naz blasphemia a deitate dicit i scripturis irremissibil. a aut hanitate dicit remissibil. Un cu iudei xpo blasphemiaz itulissent dicetes Matthei. xi. vorax e potator vini z amic⁹ publicanoz z pctoz. postea Mat. xij. dixert blasphemia a ritate sue deitatis dicetes. h n eicit demonia nisi i beelzebub pncipe demonioz. Et io circa fine illi⁹ capituli sbdit dns nr ihs xps. dicens. Quicuqz a filiu hois rbu dixerit remittet ei. q aut a spusanctu dixerit rbu n remittet ei neqz i h secło neqz in futo. Et isto mo vident loq d pcto i spusanctu doctores anti q. s. athanasi⁹ hylari⁹ chrisostom⁹ ambrosi⁹ z hieronim⁹. Moderni ro doctores appellat pctm i spusanctu fm q qs peccat a appropriatu spusancti. z vt spusanctus accipit psonaliter. puta put qs peccat a diuina volutate bonitate z clemetia q appropriat spusancto. De

Inqsitosa cunda.

numero aut z distinctoe taliu pctoz diuersi diusimode loquut. Aliq eni vident dicere q peta i spusanctu sint qttuor. s. desperatio. psumptio. z agnite veritatis. z maxie ritatis fidei impugnatio. z ffne gre proprio collate inuidetia seu emulatio. Aliq addut obstinatoes. z ppositu nuqz penitendi. z sic erut sex. Alij addut pctm ex certa malicia. qd qnqz dr pctm ex electone. qnqz pctm ex habitu. z finalem penitetia. z sic erut octo Distinctio aut hoz sic hri pt. Qz qttuor possum⁹ i ppositu considerare. s. ipoz peccatoz medicu. medicina infirmu z infirmitate. Per compatoes igit ad medicu accipit despatio z psumptio. Na aliq solu attendut ei⁹ iusticia nihil reputates ei⁹ misericordia. modo quo dixit caym. Maior est iniqtas mea qz vt venia merear. Et hoz peccatu est despe/

UVA. BHSC. IyR_066

ratio. Isti autē sunt valde ingrati q̄ nō attendunt q̄z magna dei misericordia est q̄ etiā ip̄i in hoc mūdo viuūt. ⁊ iā in infernū nō descendunt. ⁊ ideo nō debēt negare diuinā misericordiā. sed debēt eā suppliciter exorare. Ūñ de tali ingratitudine videt dicere bern̄. cū ait. Ingratitudo est vent⁹ vrens liccās fontē pietatis venā misericordie: ⁊ fluenta gratie. Alij attendūt solū dei misericordiā in nullo formidantes eius iusticiā. ⁊ istoz peccatū est p̄sumptio. Nimis em̄ p̄sumit q̄ tanti regis iusticiā nō formidat. Respectu medicine. q̄ quidē medicina est fides ⁊ gr̄a. sumunt alia duo. Nā impugnātes fidei veritatē ⁊ inuidentes gratie gratū facientī fratribꝫ cōmunicate inutilem faciūt sibi medicinā suoz peccatoz q̄ p̄sistit in fide ⁊ gratia. Ex parte vero infirmi scilicet peccatoris se tenēt alia duo. Nā peccator ex h̄ q̄ omīno ptinaciter se auertit ad cōmutabile bonū dicit obstinat⁹. Sz ex hoc q̄ omīno ptinaciter se auertit ab incōmutabili bono dicit impenitēs. i. nō habere ꝓpositū penitēdi quo possit redire ad hmōi incōmutabile bonū. Sz ex pte infirmitatis se tenent vltima duo. Nā peccatū ex electōe seu ex certa malicia est ex habitu vicioso qui est turpissima mētis infirmitas. Finalis aūt impenitentia est hmōi infirmitatis ⁊ morbi cuiusli bet mortalis peccati maledicta creticatio tendens in mortē eternā. Est tñ aduertendū q̄ prima q̄ttuor magis ꝓprie dicunt esse peccata. cū sint distincta ⁊ determiata genera peccatoz ꝑm distinctā materiā. Alia vero magis ꝓprie possunt dici circūstantie vel seq̄le peccatoz. q̄z q̄libet istoz non habet materiā determinatā sz applicabilia sunt ad q̄libet genus mortalis peccati. In q̄libet em̄ genere peccati homo p̄t fieri obstinat⁹. ⁊ nō habere ꝓpositū ꝓfitendi vel penitēdi. ⁊ habitū vicioſuz acquirere ⁊ sine penitētia finaliter mori seu decedere. Et ideo q̄ ad h̄ magis approbo sententiā illoz doctoz q̄ q̄ttuor dicūt esse genera peccatoz in spūmsanctū.

Articulus secund⁹.

Quantū ad secūdū

articulū dico q̄ respectu diuine potētie nullū peccatū est irremissibile. Posset em̄ de⁹ si vellet remittere tā viuoz q̄z mortuoz. tā demonū q̄z hoim peccata. Sz vocando peccatum remissibile q̄d relinquit aptitudinē seu cōcernit habilitatē ad hoc q̄ remittat. sic q̄libet peccatū in spūmsanctū p̄t dici irremissibile. Nā quāuis peccatū ex ignorātia. vl̄ ex passionis impulsu. vel impotētia aliquatenꝰ excusetur. ⁊ p̄ consequēs ꝓcernat habilitatē ad remissionē. tamē peccatū in spūmsanctū nullā habet causam annexā peccatū excusantē. sed solū aggrauantē. ideo nullā ꝓcernit aptitudinem ad sui remissionē. Ꝑ. sicut infirmitas corporalis dicit incurabilis cū per ipaz sic dispōnit infirmꝰ q̄ omnē esc̄ā abominat. ⁊ oēm medicinā abhorret ⁊ refutat. iuxta illud ps̄. Omnē esc̄ā abominata est anima eoz ⁊ appinquauerūt vsq̄z ad portas mortis. Sic q̄z peccans in spūmsanctū abhorret spūalez medicinā vt patet ex p̄cedentibꝫ. ergo ⁊c. 2

Ꝑ. nullū peccatū mortale dimittit sine penitētia sz q̄libet peccatū in spūmsanctū aliq̄ modo facit peccatorē impenitiuū. ergo q̄libet p̄t dici irremissibile. 3

Dicūt aūt quidā doctores in ista materia q̄ si vocet peccatū in spūmsanctū peccatū mortale cū finali impenitētia vt accipit peccatū in spūmsanctū a beato augustino. sic simpliciter dicit irremissibile. q̄z nūq̄z p̄t remitti. nec in vita ista impediēte finali impenitētia. nec i alia vita. q̄z ea nō erit statꝰ remissionis. q̄ ⁊c. Durandꝰ.

Sed istud nō videt esse verū. q̄z infinita potētia dei nō exhaurit magnitudine cuiuscūq̄z peccati. q̄ ⁊cꝰ omne peccatū p̄t remittere. Ꝑ. satis ꝓmuniter dicit ad p̄ces gregorij trayanum fuisse ab inferno liberatū. ⁊ ad agēdū penitētiā de mortuis resuscitatū. ⁊ tñ planū ē q̄ trayanꝰ in multis pctis mortalibꝫ decessit ꝓpter multas martiz strages q̄s fecit ⁊ cū finali ipenitētia decessit. q̄z si p̄nam egisset añq̄z decessisset tūc p suis pctis nō fuisset dānatꝰ. nec p agēda p̄nia fuisset resuscitatꝰ. Cōtra dandum. 1 2

Quātū ad tercium

articulū dico q̄ potētia peccādi ē a deo. Quia omne ens ē a deo. potētia peccādi ē aliq̄d ens. q̄ ⁊c. Maior patz ex fide. q̄z sine ipo factū ē nihil Joh̄. i. Probo minorē. q̄z q̄d puz nihil ē. nulla potētia ē. Ꝑ. potētia bñ faciēdi ē a deo. q̄ ⁊ potētia peccādi. Añcedēs patz. Cōsequntiā ꝓbo. q̄z eadē ē potētia merēdi ⁊ demerendi. q̄d ꝓbat sic. q̄z potēta rōnali possumꝰ bñ facere ⁊ mereri. sz potentie rōnales sunt ad oppositā. eadē q̄ potētia possumꝰ malefacere ⁊ demereri q̄d ꝓprie ē peccare. Ꝑ. sola volūtas ē ꝓpe potētia peccādi. vt patz p aug. q̄. de libe. arbi. sed volūtas est a deo. ergo ⁊c. Ꝑ. omne bonū est a deo. sz potentie malorum sunt bone. vt dicitur. iij. topicoz. ergo ⁊c. Dis. xliij. Articulus tercius. 1 2 3 4

Sz quidā Opinio.

UVA. BHSC. IyR_066

doctores circa istā materiā rñdent per distinctionē. Dicūt em̄ ꝙ potētia peccādi ꝑt dupliciter ꝯsiderari. Uno modo ꝑut est principiū actꝰ. Alio modo vt ꝑt ꝛefficere. Primo modo est a ꝛeo. qz q̄cūq; habet naturā entis positiui oportet ꝙ reducat ad ꝛeū sicut ad causaz primā Sz scdo mō nō est a ꝛeo. qz ꝛefectibilitas cōuenit rei create ex eo quod est ex nihilo. vt ait dam̄. esse aūt ex nihilo ꝯuenit rei create ꝑm se qz sibi ꝛelicta tendit i nihilū. z p ꝯsequēs ñ poterit sibi ꝯuenire ab alio puta a ꝛeo. Nā ꝙ cōpetit alicui ex se. nō ꝑt sibi cōpetere ex alio.

Alij ad id 2 Ꝑ. ad idē arguūt quidā alij sic. Si potentia peccādi esset a ꝛeo. ꝫ maxime esset ꝑ tanto qz talis potētia esset ipm̄ libꝝ arbitriū. sz ꝫ ñ qz dicit anꝰ. in lib. ꝛe libero arbitrio. ꝙ peccare nec est libertas nec ps libertatis.

3 Ꝑ. si potentia peccādi essz a ꝛeo. tūc ipm̄ peccatū essz a ꝛeo. Cōsequēs est falsuz. Probatio ꝯsequētie. qz actꝰ est pfectior q̄z potētia. ꝛei aūt pfecta sunt opa. vt dicit Deutero. xxxij.

4 Ꝑ. illō cuius vsus est malꝰ ipm̄ quoq; est malū. vt dicit. iij. topi. z p ꝯsequēs tale q̄d ñ ꝑt esse a ꝛeo. sz vsus potētie peccādi est malꝰ. qz vsus talis est ipm̄ peccare. ꝙ talis potētia nō ꝑt esse a ꝛeo

Cōtra opinionem. Sz q̄uis ꝯclusionē elicitā ex ꝓma ꝑte ꝑdicte diuisionis reputē esse verā. tñ cōclusio elicita ex ꝑte secūda. q̄ ꝯclusioni p me posite

1 videt repugnare nō videt posse stare. Quia ꝛefectꝰ q̄ nō habet rationē mali ñ minꝰ videt esse a ꝛeo q̄z ille ꝛefectꝰ q̄ habet rōez mali. sz ꝛefectꝰ q̄ habet rōez mali est a ꝛeo. puta ꝛefectus penalis. possibilitas aūt ꝛficiēdi nō habet rationē mali. qz omne malū vl̄ est malū culpe vl̄ pene. Sz possibilitas ꝛficiēdi nec habet rationē mali culpe nec pene. qz fuit in statu innocentie. z p ꝯsequēs ante omnē culpā z penā.

2 Ꝑ. potētia ꝛficiēdi p corruptōez ineſt rebꝫ creatis corruptibilibꝫ a ꝛeo. ꝙ z potentia ꝛficiēdi p electionē q̄ est potētia peccandi inerit ipīs rebꝫ potētibꝫ eligere ab ipo ꝛeo. Antecedēs patet. qz illud q̄d necessario reqrit ordo vniuersi ꝫ ꝯuenit rebꝫ a ꝛeo. sz ꝫ p̄ potētiam ꝛficiēdi p corruptōez reqrit ordo vniūsi Nā plāte nō possent nutriri si terra nō possz corrūpi. nec pari rōne bestie possent nutriri plātas. nec homes bestias.

3 Ꝑ. ꝙ creatura sit ex nihilo ꝫ habet ab ipo ꝛeo. sz ex hoc ineſt creature potētia peccādi. qz ex nihilo. vt dicē ꝑdicta opinio. ꝙ potētia peccādi ineſt creature ab ipo ꝛeo. Maiorē ꝓb. qz q̄cūq; est causa alicui affirmatōis. ꝫ etiā est causa negatōis ꝑ se z ūmediate ꝯsequntis ad talē affirmatōez. q̄cūq; em̄ est ꝑ se causa ꝙ aliq̄d sit sanū. ꝫ etiaz est causa ꝙ tale q̄d nō sit egrū. Sz ꝛeꝰ ē causa creature ꝑm oēm entitatē positiuā q̄ est i creatura. ꝙ ꝛeꝰ est causa ꝙ creatura sit ex nihilo z nullo ꝑsupposito. cū ista negatiua ꝑ se z necessario sequat ad illā affirmatiuā. Et ꝓ ꝫ patet ad ꝓmā rōez. qz esse ex nihilo ñ cōpetit creature ex se sz ex ꝛeo Ad ꝓbatōez cū dicit ꝙ creatura sibi ꝛelicta tendit in nihilum. dico ꝙ talis tendētie sufficiēs causa est ipe ꝛeꝰ. nō ꝑ sui influentiā z opatōez. sz ꝑ sue influentie ſbtractionē. qz illud q̄d ꝑ sui influentiā est totalis z pfecta causa alicui entitatis z ꝯseruationis eiusdē. illud ꝑ ſbtractionē sue influētie erit sufficiēs causa q̄re hmōi entitas cadat in nihilū. sz ꝛeꝰ p suā influentiā ē pfecta causa oīs entitatis create z ꝯseruatōis totiꝰ creature q̄ ꝯseruat in aliq̄ esse. ꝙ ꝛc. Ad secūdū nego minorē. Ad ꝓbatōez dicēdū ꝙ q̄z pecare ñ sit libertas. posse tñ peccare est in nrī arbitrij libertate. libertor tñ esset nra volūtas si peccare ñ posset. qz maior ē libertas beatoz q̄ peccare nō possunt. q̄z viatoz q̄ peccare ꝑnt.

Ad. 1. Solutio. Ad. 2.

Ad tertiū nego ꝯsequntiā. Ad ꝓbatōez dico q̄uis i bonis actꝰ sit nobilior potētia. tñ i malꝰ est ecōuerso. Nā pei est actu egrotari q̄z posse egrotari. Alias inuenit talis additō Etiā ꝑt dici ꝙ licet pctm̄ nō sit a ꝛeo. tñ actus peccati ēa ꝛeo. eo mō q̄ dictū est. dist. xxxvij. arti. iij. Ad quartū dicēdū ꝙ licet illud sit malū cuiꝰ vsus ita est malꝰ ꝙ nō possumꝰ eo bene vti. tñ cuiꝰ vsus ēmalꝰ ñ necessario. sz ex eo ꝙ cū possemꝰ eo bñ vti abutimur eo. illud ñ est malū. sz ꝑt esse bonū. possumꝰ em̄ etiā bonis male vti. z ꝫ magꝭ ꝓprie abusus q̄z vsus ꝛebet dici. Sz potētia peccādi q̄ est libꝝ arbitriū possumꝰ si volumꝰ bñ vti resistēdo vicijs z ꝑsequēdo ꝓbrtes. ꝙ ꝛc.

Ad. 3. Ad. 4.

Quātuz ad quartū

Articulus quartus.

articulū sunt duo videnda Primo vtz oīs plātio seu ptās dñandi sit a ꝛeo. Scdo vtz hō fidelꝫ teneat obedire dño ifideli seu ꝓncipi ifideli. Quātū ad ꝓmū dico ꝙ plātio seu ꝓncipat ꝑt triplicit ꝯsiderari. Uno mō in se Scdo q̄z tū ad modū q̄ qs ꝯsequit ꝓncipatū Et tercō q̄z tū ad vsū ei. Primo mō accipiēdo ꝓncipatū sic oīs ꝓncipatꝰ a ꝛeo ē. Qz omne bonū a ꝛeo est. sz ꝓncipatꝰ ꝯsideratꝰ ꝑm se cū sit quidā ordo seu modꝰ ordinate viuēdi est nō modicum bonum vniuersi. ꝙ est ab ipso ꝛeo.

Prima in qlitio. Prima pdo 1

Ꝑ. semꝑ primū est causa omnū aliorum 2

UVA. BHSC. IyR_066

que sunt post. Sz deus est primus princeps totius vniuersi. Maior patet. ij. methaphi.

3 Minor similiter patz. xij. metha. P. illud qđ in paradiso fuisset si hō in statu innocentie permāsisset. hz est a deo seu fuisset ab eo. sz platio pdicto modo in paradiso fuisset. g ⁊c. Maior patet. Minorē pbo. quia naturaliter sunt dñi qui vigēt prudētia ⁊ intellectu. vt patz. i. politic. ppter hoc em aliquo modo vir dñat puero. masculꝰ femine. ⁊ hō bestijs. Sz etiā in paradiso vnꝰ hō fuisset aptior altero q ad habitꝰ ⁊ actꝰ intellectuales fm q vnus fuisset melioris cōplexionis q̄z alter. qz molles carne aptos mēte dicimꝰ. duros aūt ineptos. vt patet. ij. de aīa. qđ vez est loq̄ndo de mollicie pueniēte ex bonitate seu raritate cōplexionis ⁊ nō exabundātia fleghmatis. sicut ctingit in mulieribꝫ. Q, aūt in paradiso vnꝰ fuisset melioris cōplexionis altero. hz patet. qz tūc sicut ⁊ nūc fm meliorē cōiunctōez astroꝝ fuisset fetus cōceptꝰ nobilioris cōplexionis. Forte

Instantia 1 dicet q nullū potest esse dominiū sine seruitute. sz in paradiso nō fuisset seruitus. Maior patet. qz vnū relatiuoꝝ nō potest esse sine altero. vt patet in libro pdicamētoꝝ. c. v. metha. Minor etiā patet qz solū ppter peccatū fuit⁹ est introducta.

2 P. ome dominiū vtile aliq̄ lege respectu subditoꝝ. Sz iusto nō est lex posita. vt ait apls. i. ad Thi. i. Cū g omes in statu innocentie fuissent pfecte iusti. ppter originalē iusticiā quā quilibet habuisset i paradiso. g in paradiso nō fuisset lex nec p consequēs dominiū. Et cōfirmat. qz vt patet. x. ethicoꝝ. O portuit leges instituere coactiuas habētes potentiā. ⁊ hz solū ppter rebelles ⁊ iniustos. In statu aūt innocētie nullꝰ fuisset rebellis vl iniustꝰ. Rndeo q dominiū pt dupliciter cōsiderari Uno modo put cernit timorē seruilē excludentē dilectionē in subdito. ⁊ hoc est dominiū despoticū requirēs seruitutem penosaz inductā ppter peccata hoim. Et hmōi dominiū in statu innocētie nō habuisset hō respectu hoīs. sz solū respectu irrationaliū animaliū. Propter qđ deꝰ dixit primis parentibꝫ. Dominamini piscibꝫ maris: et volatilibꝫ celi: ⁊ vniuersis animantibꝫ q mouent sup terra. Ben. i. Et in fra. c. ix. dixit dominꝰ noe ⁊ filijs eius. Terror vester ⁊ tremor sit sup cūcta aialia terre Alio modo put cōcernit mutuā dilectōez. Et hoc duplicit. puta vel fm liberā voluntatē. ⁊ sic est dominium regale. ⁊ istud in paradiso cōperisset patribꝫ respectu filioꝝ. Uel fm certas leges. ⁊ istud est dominiū politicū. qđ cōpetit ei qui pest ciuitati respectu ceteroꝝ ciuiū. ⁊ istud cōpetisset in paradiso viro respectu vxoris. cui pfuisset fm certas leges bonū matrimonij pmouētes. ⁊ prudentioꝝ minꝰ prudentibꝫ politice in paradiso pfuisset inquātū ipos instruxisz in talibꝫ q̄ ipsis expediuissent. Et p hz patet ad prīma instantiā. Ad secundū dicendū q apud nos sunt tres effectꝰ platiōnis. Primꝰ est subditos docere qđo in suis actibꝫ proficienti dirigant. Alijꝰ est subditos defendere ne ab iniustis oppriman. Et tertiꝰ est malos subditos punire vt de suis excessibꝫ corrigantur Primo modo fuissent lex ⁊ platio in paradiso. sz nō secūdo ⁊ tercio modo. Et de his itelligit autoritas tā apli q̄z phi. P. p exclusionē pdicta arguo sic. Illud qđ cōuenit hoībꝫ fm rectā rationē. hz cōpetit eis a deo seu fm diuinā ordinatōez. Sz fm rectā ratōnē debitū est inter homīes esse plationē. ergo ⁊c. Maior patet. qz ad hz deus dat homini rationē vt exequat ea q debita sūt fm rectā rationē. Minorē pbo. qz illud qđ est naturale ⁊ expediēs est fm rectā rōez. Sz vt ait phs p̄mo politicoꝝ. in oī pluralitate ordinata naturale est ⁊ expediēs vt vnꝰ psit. ⁊ alij sint subiecti. In his aūt pexistit ratio platiōnis. g ⁊c. Et cō firmat. qz in oīnibꝫ naturalibꝫ videm⁹ q inferiora regunt p superiora. ⁊ multitudo reducit ad vnitatē. Sz mos sicut ⁊ ars debet imitari naturā. Sz secūdo modo ⁊ tercio puta q ad modū adipiscēdi dominiū. ⁊ quo ad vsuz dominij tā adepti. sic dico q si talia fiāt ordinate ⁊ fm iuris debitā exigentiā. puta obseruatis debitis pditionibꝫ ⁊ circūstantijs in psecutione ⁊ vsu platiōnis requisitis. sic platio vel principatꝰ est a deo. Si aūt pdicta nō obseruantur. tūc huiusmodi platio ⁊ principatus quāuis sint a deo quantū ad naturā ⁊ entitatem actuū. sicut ⁊ cetera mala sunt a deo vt superi⁹ est probatū. tamē nō sunt a deo quantū ad deformitatē ⁊ obliquitatē actus. Nā vt sic in talibꝫ mortale peccatū cōmittit. qđ nō potest esse a deo sed a mala hominū voluntate. Unde de talibꝫ dicit Osee. viij. c. Ipsi regnauerunt ⁊ non ex me. principes extiterunt ⁊ nō cognoui scilicet noticia approbatōis Per predictā etiā distinctionē patet responsio ad quedā cōmunia obiecta. puta q cū dicitur. q quidā sunt peruersi principatus. P. quidā sunt vsurpati principat⁹. P. a quibus dā iuste aufert pncipat⁹. Sz sicut qđ deꝰ cōiunxit hō non debet separe. sic qđ quis habet

Cōfirmat

Solutionis materia.

Ad. 1. Ad. 2.

Quarta ratio p exclusione.

Cōfirmat

Conclusio secunda.

Responsio ad q̄dā cōmunia obiecta.

UVA. BHSC. IyR_066

a deo seu quod alicui datū est a deo. hoc iure nō auferē ab eo p̄ hoiem. ¶ Ista em̄ oīa et ꝯsimilia solū ꝯcludūt vl̄ q̄tū ad inordinatū modū ꝯsequēdi p̄lationē. vel q̄tū ad inordinatū vsuz. q2 dato q̄ aliq̄s iuste sit dominū ꝯsecut⁹. tñ p̄t eo ita p̄uerse vti. q̄ de iure est tali dominio p̄uand⁹. Quantū ad secūdā

Secunda inq̄sitio q̄rti articuli.

partē quarti articuli dicendū q̄ talis infidel' vel est iuste ꝯsecut⁹ hmōi dominū 7 ordinate eo vtit. vl' inuste est hmōi dominū ꝯsecutus. vel dato q̄ dominū iuste adeptus sit. tñ inuste 7 inordinate eo vtit ¶ Primo modo dico q̄ tales xp̄iani subditi tenent obedire huiusmodi p̄ncipi q̄uis sit infidelis. nisi aliq̄ modo iuste fuerint a tali seruitute liberati. puta p̄ p̄ncipē superiorē qui plenius habet dominū sup illū infidelē dñm. Sz secundo et tercio modo dico q̄ ipi nō tenent obedire tali infideli dño.

Cōclusio prima.

1 ¶ Primū p̄bo sic. Illud q̄d q̄s iuste est assecut⁹ hoc iniuste auferē ab eo nisi ipe abutat eo. Sz iste infidelis vt supponit iuste est assecut⁹ hmōi dominiū nec abutit eo. g̃ 2c. ¶ P. beatus petr⁹ p̄ma canonica sua. c. ij. loquēs de xp̄ianis ait. Serui subditi estote in omi timore dñis. nō tm̄ bonis 7 modestis. sz etiā discolis. ¶ P. p̄ma ad Thim. vi. ait ap̄l's. Quicūq̄ sunt sub iugo serui dominos suos arbitrent omni honore dignos. Et exponit h̄ verbū glosa etiā de iugo dñoz infidelium. 3 Itē ad Ro. xiij. dicit. Omnis aīa 4 5 ptātibus sublimioribus subdita sit. ¶ P. ius diuinū q̄d est ex gr̄a 7 fide xp̄iana. nō tollit illd̄ q̄d est de iure humano 7 ex naturali rōe. Sz distinctio q̄ est inter fidelē 7 infidelē est ex iure diuino. iustū vero dominiū est ex iure humano 7 ex naturali ratōe. g̃ 2c. Minor patz ex p̄cedentibus. Maior p̄bat. q2 sicut gr̄a non tollit humanā naturā sz p̄ficit eā. ita nec ius diuinū tollit illud q̄d est de iure hūano 7 inascit ex recta rōne. nec p̄ dñs distinctio fidelis ab infideli tollit dominiū seu p̄ncipatū domini infidel' quē habet sup fidelē subditum.

Opio contraria.

Quidā tñ doctores dicūt q̄ hmōi dominiū q̄d habet p̄nceps infidel' sup populū xp̄ianū eccl'ia sua autoritate iuste p̄t auferre a tali p̄ncipe. Q2 infidel' demerito sue infidelitatis meret amittere p̄tātez quā habuit sup eos q̄ trāslati sunt i filios dei. ¶ P. Joh̄annis. viij. dicit saluator. Si g̃ vos filius liberauerit vere liberi eritis. Sz quēlibet baptizatū filius dei suo sanguine rēdemit 7 liberauit ¶ P. Mat. xvij. dicit saluator q̄ filij sunt liberi a tributo sz oīb⁹ regenerat⁹ in xp̄o q̄ nō ex sanguinib⁹ nec ex volūtate carnis nec ex volūtate viri. sz ex deo nati sunt. data est p̄tās vt sint filij dei. iuxta illud Joh̄. i. Quotq̄t aūt receperūt eum dedit eis p̄tātez filios dei fieri. g̃ 2c. ¶ P. cessante causa cessat effect⁹ Sz peccatū q̄d ē causa seruitutis cessat per baptismū. g̃ 2c. ¶ P. q̄d absoluit a maiori vinculo p̄t etiā absoluere a minori. sz fides absoluit a vinculo mr̄imonij q̄ ligat⁹ fuit h̄ō fidelis anteqū fidē reciperet cū p̄sona infideli. q̄d quidē vinculū mai⁹ 7 intimius esse videt q̄ vinculū seruitutis. q2 in paradiso fuit a deo institutū. Etiā de ipo ait saluator in euāgelio. q̄d de⁹ ꝯiunxit h̄ō nō sepet g̃ merito fidelis poterit absolui a vinculo infidelis dñi. Sz saluo semp iudicio melio- 4 Cōtra opi nionem. ri istud nō teneo. Q2 iste q̄ non est de iurisdictione eccl'ie nisi aliūde peccet ꝯtra eccl'iā q̄s 1 in h̄ solū q̄ nō tenet fidē eccl'ie nō p̄t iuste puniri p̄ eccl'iā. sz iste supponit in nullo peccare ꝯtra eccl'iaz nisi in h̄ solo q̄ nō tenet fidē eccl'ie. 7 grauiter punit dñs in h̄ q̄ ab eo aufert iurisdictio siue dñatōis quā habet sup p̄nos seruos. g̃ 2c. ¶ P. null⁹ infidel' q̄ nun- 2 q̄z subfuit fidei eccl'ie violēter debet cōpelli ad suscipiendū fidē eccl'ie Sz si eccl'ia quēlibet de nouo venientē ad fidē liberaret a seruitute qua tenebat dño infideli. hmōi dñs violēter cōpelleret ad fidē q2 q̄libet suoz seruoz posset ad fidē ꝯuerti. 7 sic ipe totū p̄ncipatū suū p̄deret nisi fidē xp̄ianā suscipet. Forte dicet q̄ statutū est eccl'ie. vt patet extra de iudeis. q̄ si q̄s seru⁹ iudeoz fact⁹ fuerit xp̄ianus statim a seruitute liberat' si fuerit vernacul⁹ id est in seruitute nat⁹. ac etiā si fuerit emptici⁹ id est ad seruitiū empt⁹. ¶ P. si talis xp̄ianus maneret sub iugo hui⁹ infidelis p̄ncipis. tūc ille dñs infidelis posset talē subditū cōpellere ad hoc vt christi fidē dimitteret. 7 christū blasphemaret. Respondeo q̄ secus est de iudeis 7 ceteris infidelib⁹. quia iudei exigēte suo demerito per romanos p̄ncipes sunt in seruitutem redacti 7 ꝑpetui serui facti Seru⁹ em̄ dicit a seruādo. quia cū iure belli obtentus iuste posset occidi a p̄ncipe seruat. 7 sic ipe cuz sua posteritate in seruitutē redigit. Sic factū est de iudeis per titum 7 vespasianum. Cum igitur in successu temporis romani p̄ncipes facti sunt christiani. ergo romana eccl'ia ad fauorē fidei seruos iudeoz ad fidem ꝯuersos potest liberos reddere. q2 ipi iudei 7 bona eoz subsunt autoritati eccl'ie p̄ fauorē romanorum imperatoz qui hoc eccl'ie cōtulerunt. hoc autem non tenet de ceteris infidelibus.

Instantia 1

2

Solutio. Ad. 1.

UVA. BHSC. IyR_066

Dist. xliii. et. xliiii.

Ad. 2. Ad secundã instãtiã dicendũ q̃ si ꝓnceps infidelis cogeret subditũ fidelẽ ad negandũ fidẽ. tũc abuteret sua ptãte. ꝓpter qd̃ mereret eã ꝑdere. et etiã iustũ bellũ ꝓtra ipm et ꝓtra suum dominiũ p ecclesiã et omes xpianos possẽt moueri intm̃ q̃ nõ solũ sbditi a suo dominio possent iuste liberari. vez etiã psona talis ꝓncipis iuste posset in seruitutẽ redigi vl etiã vita ꝑuari. Ad primũ motiuũ illi⁹ opinionis dicẽdũ q̃ nisi aliq̃ alio modo ꝓnceps infidel abutat̃ sua ptãte ex simplici sua infidelitate nõ mereat̃ eã ꝑdere. Ad secũdũ dicendũ q̃ illa verba xpi possunt intelligi de libertate q̃ liberati sunt xpiani a seruitute legis mosaice q̃tum ad obseruantiã cerimonialiũ ꝓceptoz. Possunt etiã intelligi de libertate q̃ liberati sumus a peccato et a dyabolı seruitute. Ad tertium dicẽdũ q̃ xps intelligit ibi p filios aplos q̃ de bonis hui⁹ mũdi nihil possidebãt. teste petro q̃ ait. Ecce nos reliq̃m⁹ oĩa et secuti sumus te. et ideo nõ tenebant̃ ad solutõez tributi. Sed iudeis q̃ bona mũdi possidebãt dixit idẽ xps Reddite q̃ sunt cesaris cesari et q̃ sunt dei deo. Quasi dicat. Tributũ dare debetis ꝺ tpalibꝫ q̃ possidet⁹. Ad quartũ dicẽdũ q̃ q̃uis per gratiã et charitatẽ ac etiã p catholicã fidẽ quã xpian⁹ recipit in baptiſmo aĩa liberet a malo culpe. tñ corpus suũ nõ liberabit̃ a malo pene morit̃ em̃ baptizat⁹ sicut ñ baptizat⁹. nec etiam per fidẽ liberamur a debito iusticie. sed iustũ est principi obedire q̃uis infideli q̃ dominiũ suũ iuste ꝓsecut⁹ est. et iuste et ordinate eo vtit̃. Ad quintũ dicendũ q̃ si vn⁹ ꝓiuguz ad fidẽ ꝓuertit̃ altero manẽte infideli. si ifidel ꝓsentit habitare cũ fideli ipm nõ turbando et allicietdo ad infidelitatẽ et absq̃ blasphemia creatoris. tũc fidelis nõ est absolut⁹ a vinculo matrimonij. Si aũt infidelis nollet fideli cohabitare nisi ipm allicietdo ad infidelitatẽ. et creatorẽ blasphemãdo. tũc suo demerito perdit ius qd̃ habuit in psonã fidelẽ. et p ꝓseqns iuste absoluit̃ fidelis ab infideli. De isto etiã magis cõplete appebit lib. iiij. dist. xxix. Et sic eodẽ modo si ꝓnceps infidelis nihil exigit a subdito fideli ꝓter illud qd̃ de iure debet exigere. tũc subdit⁹ tenet̃ obedire. Si aũt subditũ vellet artare ad ea q̃ essent ꝓtra deũ et cõtra aĩe sue salutẽ tũc infidelis ꝓnceps ꝑderet illd̃ ius qd̃ habuit sup hmõi subditũ Secundo dico q̃ si talis ꝓnceps iniuste ẽ hmõi dominiũ ꝓsecutus. tũc subditi nõ tenent̃ sibi obedire. et ab eo iuste possunt recedere. Quia ab iniusto possessore iuste auferẽt illud qd̃ possidet iniuste. Sz talis tyrãnus iniuste possidet hmõi dominũ vt supponit̃. g̃ ꝛc. Tercio dico q̃ dato q̃ ꝓnceps infidelis iuste sit assecut⁹ suũ dominiũ. si tamen vtit̃ tali dominio iniuste puta ad blasphemiã creatoris inducendo subditũ q̃ ad ea q̃ spectant ad fidez christianã itez mereat̃ ꝑdere hmõi dominiũ. Et licet ista ꝓclusio pateat ex ꝓdictis. tñ ipaz potero persuadere ꝫ modo. Quãdocũq̃z idẽ subdit⁹ obligat⁹ est duobꝫ dñis vni tãq̃z simpliciter supiori et alteri tanq̃z inferiori. si inferior ꝓnceps coartat hmõi subditũ dissentire a fidelitate dñi supioris. tunc talis ꝓnceps ꝑm leges et iura ꝑdidit iurisdictionẽ respectu talis subditi. nec hmõi subdit⁹ ad ei⁹ obedientiã vlteri⁹ obligat̃. Sz de⁹ est summ⁹ dñs et vniuersalissim⁹ impator respectu cui⁹ omnis ꝓnceps huius mundi est inferior. ergo ꝛc.

Ad argumentũ principale dicendũ q̃ per illa verba nõ intendit beatus Johãnes q̃ aliqd̃ peccatũ quãuiscũq̃z magnũ sit totaliter irremissibile q̃diu viuit homo in hoc mundo Sed intendit dicere q̃ sit valde difficile obtinere remissionẽ de hmõi nephãdissimis peccatis. et ideo nõ p orationẽ cuiuslibet mediocris xpiani reducit̃ talis peccator ad ꝺignaz penitentiã. sz solũ p orationẽ excellentiũ et deuotissimoz fideliũ. Etiã posset dici q̃ beatus iohãnes p illud peccatũ in morte intelligit peccatũ in spũmsanctũ ex illa circũstantia q̃ est finalis impenitẽtia. q̃ vbi de certo ꝺstaret aliquez in peccato mortali sine penitentia ab hac vita migrasse. p isto nõ esset orandus ꝫm legẽ cõmunẽ. eo q̃ talis sit extra statũ merendi. In quo statu nos ꝺseruet p via presentis peregrinatõis donec perducat ad patriam beate fruitõis saluator omniũ saluandorum. qui viuit et regnat i secula seculoz Amẽ

Finit secundũ scriptũ libri sententiaz Thome ꝺ Argẽtina.

Solutio argumẽtorũ ꝺtrarie opinionis

Ad. 1.

Ad. 2.

Ad. 3.

Ad. 4.

Ad. 5.

Conclusio secunda.

Ratio.

Tercia cõclusio.

Ratio.

Ad principale argu.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA VALLADOLID

UVA. BHSC. IyR_066

UVA. BHSC. IyR_066

UVA. BHSC. IyR_066

UVA. BHSC. IyR_066

UVA. BHSC. IyR_066

UVA. BHSC. IyR_066

~~367~~

ARGENTINA IN Quatuor Libros Sententiarum

1 - 2.

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 66

UVA. BHSC. IyR. 066


THOM·DARG·INSĒTĒ·
UvA. BHSC. IvR_066